

mortuus est, ne viuamus nobis: sed ei, qui pro omnibus mortuus est. Hoc est enim mutua illi vicem rependere. Tertio gaudet is qui dona recipit. At Paulus dicit, Vobis donatum est pro Christo: non solum vt in eum credatis, sed vt pro eo patiamini. Itaq; pati pro Christo, donū Dei est. Quarto gaudet quiuis, cum simili filio regis sit. At per passionis tolerantiam, Christo patienti conformamur. Quod si patienti conformes efficiamur: apertum est, quod etiam efficiamur conformes eidem regnanti. An non hæc sufficiens gaudij ratio? Quinto melius est honorem tuo merito habere, quam alieno. Ideo enim Christus tanta passus est, vt honorem & gloriam quam a Patre erat accepturus: per suū sibi meritum compararet. At cum gratiam recipis, sine tuo merito recipis. Recipis etiam & tuncius ad gloriam, quam tibi tuo merito comparare, (cum pateris) gaudium est. Sexto, eleganter Chrysostomus super. c. 1. ad Philipp. Cum excito, inquit, mortuos: & cum reliqua miracula facio: minus mihi donatur. quam cum pro Christo patior. Illic enim debitor sum: hic verò Christum debitorem mihi constituo. Septimo, & quidem gaudij materia est: quod tantum amorem mihi Christus donarit: vt propter eum non solum mundam, sed etiam & me contēnam. Sed adhuc mecum rem expendas. Cum patimur, vetus noster homo non gaudet: quia vetus est, nec tantum pondus ferrē sufficit. At nouus homo longè aliter, fortis est & robustus: noua creatura est, quæ renouatur, (cum vetus illic corrumpitur) quæ in infirmitate perficitur, quæ cum infirmior videtur, tunc potentior est. Vetus hō patiens, querelas fundit: nou⁹ patiens gaudet à conspectu concilij: sciens quod dignus sit habitus, pro nomine I E S V pati. Nouus patiens libenter gloriatur in infirmitatibus: vt in se habitet virtus Christi, & dicit. Mihi absit gloriari nisi in cruce. Equidē animalis homo non percipit quæ Dei sunt: ideo in agonibus deficit. At spiritualis omnia diiudicat: & ideo iudicat, quod tunc est sibi iuxta Deum iudicatur, quod momentaneū & leue tribulationis nostræ, æternum in nobis pondus gloriæ operatur: non considerantibus momentanea, sed æterna. Ego quidem non admiror: si natus ex sanguinibus, & ex voluntate carnis, aut viri, cum grauatur pōdere tribulationum, lassetur: vt qui minores vires habeat: quam pondus quo premittur. Humanæ enim vires minores sunt sepè, quæ tentationum procellæ. At, qui ex Deo natus est homo, vires habet diuinas: ideo tribulationibus maior est: quid igitur mirū est, si oppressus gaudet, & sicut palma resultat? Iam si Paulus dicit. Viuo ego, iā non ego: viuit verò in me Christus, si in me viuit Christus: qui vincit mundū, qui iam non moritur, cui non ultra mors dominatur: quid mirū, si mortem contēnam, cui vita Christus est? Et si Christus est cōstitutus à Pa-

tre super omnia, super omnem creaturam: si in me manet Christus, red det me etiā super omnia. Sed quid moror? imo quid admiror, si Christus iubeat suos, in tribulatione letari, quando ipsa secum tribulatio dulcedinem affert? Dauid dicit, parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Igitur hinc tribulant homines, illinc verò Deus parat mensam tribulationis. At mensa Dei, non potest esse non letata. Rursum Dauid dicit, Secundum magnitudinem dolorum meorum in corde meo: consolationes tuæ letificauerunt animam meam. Igitur cum dolores opprimunt cor, consolationes Dei (quæ exuperat omnem sensum) nō tantum cor, sed totam letificant animam. Cui aditipulatur Paulus dicens, sicut abundant passionibus Christi in nobis: ita abundat & consolatio nostra. Si igitur cum premit tribulatio corpus, exhilarat animam consolatio: quid mirū, si Christus suos iubeat in tribulatione gaudere? Dicit Dauid, fuerunt mihi lachrymæ meæ panes. Quid igitur mirū, si gaudet homo, cum comedit? Si ipse lachrymæ panis sunt famelico: quid miraris, si panem comedens gaudeat? Si miraris quod lachrymæ versæ sint in cibū: ne mireris, panis & vinū cor hominis veteris cōfirmat. At nouus hō, noua creatura, sicut esse nouū habet, ita nouū habet stomachū, nouū habet gustū, qui maximè in tribulatione letatur. Sicut ergo miraculū est in mundo hō nouus: ita & miraculū est, quod in laboribus gaudeat. Vt enim dedit Deus Iordani, quod eius aquæ sursum fluerent: ita dedit quod nō dolenter sursum ascenderent, sed spontè. Gratia enim noui testamenti, si quid iubet facere, dat vires quibus fiat. At non libet sicco calamo verbum Dñi prætereire. Exultate, quia merces vestra magna est in cælis vbi nota. Si merces est, igitur mentitur, qui dicit: operibus nostris nihil ex iustitia deberi. Imo sicut merces debetur operanti, non secundū gratiam, sed secundum debitum: ita & gloria debetur operanti ex debito. Rursum, sicut non est indignum operanti, si propter spem retributionis operetur: ita nec est christiano indignū, si operatur spe tantæ retributionis. Item nota, simulac de Christo mentio facta est in his beatitudinibus: statim de mercede etiam mentio facta est, quia propter Christū, merces. Iam si merces datur in cælis magna: datur etiam minor. sunt ergo in cælo diuersæ mercedes. Habent equidē mercedē pauperes, habent & mites: sed super omnes habent, qui propter Christū patiuntur. Quod si merces pauperum est regnum cælorum: & merces patientium est magna, nescio quid hic maius regno subolet, quod propter Christum patientibus paratur. Alioqui si regnum paratur patientibus, & merces patientium propter Christum, solum est regnum cælorum, equalis ergo merces est vtriusq;. Quod non ita esse Dominus est author: cum dicit, gaudete patientes propter me: quia merces vestra

Phil. 1.

2. Corin. 1.

5. Thom. 3. quæst. 19.

Roman. 4.

2. Corin. 4.

2. Corin. 12.

2. Corin. 12.

Actorū. 9.

2. Corin. 12.

Galat. 6.

1. Corin. 2.

Psal. 33.

2. Corin. 4.

Ioānis. 1.

Vid. 5.

Tho. 1. corinth. 10.

in illud fidelis Deus

qui nō per

mittet. &c.

Galat. 2.

Roman. 6.

Psal. 2.

Ephes. 1.

Psal. 22.

Psal. 93.

Philip. 4.

2. Corin. 1.

Psal. 41.

Psal. 103.

Iosue. 3.

Roma. 4.

Psal. 118.

56

vestra magna est. Nū igitur eadē merces pmitti-
 tur patientibus propter Christum, & Abrahę:
 cui dictū est, ego ero merces tua magna, nimis?
 Tādē non potest non esse magna merces, quę
 Deo ipsi magna est, quamq; ipse Deus magnā
 esse dicit. Et reuera nō est qui magna mercede
 sit dignus nisi qui propter Christū magna pas-
 sus est. Certē credere in Christum dat gloriam
 Christo: at nemo ita gloriam dat Christo, quā
 qui patitur propter Christum: cum non ipsa so-
 lum lingua Christum confitetur: sed & omnia
 ossa sanguine martyris suffusa, & seuitia tyrāni
 discerpta dicunt, Domine quis similis tibi? Hic
 planē est, quem iure Christus confitebitur corā
 Deo, & angelis. Erit igitur specialis quedam
 laus & prerogatiua, eorum qui propter Christū
 tormenta passi sunt.

Vos estis sal terre.

DVplex se mihi offert huius loci explicatio.
 Altera intelligendo per terram, totum ho-
 minum genus. Dictum est enim de Adam (in
 quo omnes eramus) puluis es, & in puluerem
 reuerteris. Videlicet, quia principium, & finis
 hominis terra est. & Ieremias, non alio sceleriore
 nomine dignatur homines quā terra, cum di-
 cit: terra, terra, audi verbum Domini, & Mo-
 ses, Audite cęli (id est angeli) quę loquor, au-
 diat terra verba oris mei, id est, audiat totum ge-
 nus hominum. ¶ Iam hęc terra, post peccatū
 Adę, maledicta est & Deo inimica. Si quidē om-
 nes nascimur filij ire. Quid ni maledicta erit ter-
 ra: quę spinas profert, & tribulos? dicit enim A-
 postolus, terra proferēs spinas, & tribulos repro-
 ba est, maledictio proxima, cuius consummatio
 est in combustionem. Terra ergo generis huma-
 ni Deo inimica erat Hanc terram Deus sale se-
 minauit: vt pote hostilem. Sed quā diuersa ra-
 tione sale seminauit Deus, quā soleant victo-
 res vrbes desolatas, sale seminare? Hi seminant
 sale, vt omnino tabida reddatur terra, & infecū-
 da. At Deus salē Apostolorū in mundo semi-
 nauit vt terram redderet ē mortua viuam: ex
 male fecunda, benefecūdam: ex senticosa, fru-
 cticosam. ¶ Iam igitur attentius aduerte. Sal
 ad quatuor vsus olim assumebatur. Primum: ad
 vastationem hostilis terre, vt nunc dicebamus.
 Secundo ad fœdera concilianda. Ideo enim An-
 tiqui, cum hospitem recipiebant: primum illi sa-
 lem apponebant, significantes, velle cum illo fœ-
 dera pacis inire. Author est Cœlius li. 12. antiqua-
 rum lect. c. 1. Et quidem nō egemus Cœlio. Ideo
 enim pactum fœderis, vocabatur pactum salis 2.
 paralip. 12. Pax enim, & amicitia sale signifi-
 cabatur. Quia tam est iucunda, & necessaria inter
 homines pax: quā inter cibos sal. 3. Ad sacrificia
 offerenda. Nullum enim sacrificium volebat
 Dominus, sine sale sibi sacrificari. Significās, tūc

demum placere Deo sacrificium: cum ex corde
 amico sacrificatur. Significās rursus: Dei cibū,
 esse nostrum sacrificium. Et sicut nos nostros ci-
 bos sale cōdimus: ita Deum velle suos à nobis,
 vero sale condiri. 4. Ad cibos quos natura nobis
 dedit insulsos, condiendos, & temperandos.

¶ Igitur Apostoli in mundo, id est, in hominū ge-
 nere, hęc quatuor officia prestiterunt. Primo
 enim se mundo seminarunt: docentes, mundū
 Deo esse inimicum. Prudentia enim carnis est
 Deo inimica, & legi Dei non est subiecta, neq;
 enim potest. Et rursus omnis qui diligit mun-
 dum, inimicus Deo constituitur. Intelligis igitur,
 quod cū Dominus mundo seminauit Apo-
 stolos quasi victor, salē mundo seminauit. Se-
 minauit verò, vt iā non proferret tribulos & spi-
 nas. At nostra infelicitate: & aliquorū qui Apo-
 stolis successerūt fatuitate, terra nostra spinas
 regerminat & tribulos. ¶ Secundo, licet ante
 salis disseminationē, terra Deo esset inimica: at
 volens Deus huic recōciliari, in pacis simbolū,
 Apostolos terrę mandauit. propter quos Deus,
 qui inimicos homines habebat: iam habet ami-
 cos, & fœderatos. Enimvero si Paulus dicit, Iu-
 dęos esse Deo inimicos, quia infideles sunt: esse
 tamē Deo dilectos, quia filij sunt Patriarcharū:
 quanto potius, homines etiam si mali sint, erunt
 Deo amabiles propter Apostolos: qui Patres
 nostri sunt. longē meliori ratione, quā Iudęi
 sint: Abrahę filij. Hi enim secundū carnem, nos
 verò secundum promissionem, & spiritum filij
 sumus prophetarum, & sanctorum. Inde verò
 elucet ratio, quare Deus tantam culparum ferat
 infinitatem, quantam admittūt homines: Certē
 quia medij sunt Apostoli, tanquam salis symbo-
 lum: qui sunt velut murus Deo oppositus, ne
 eius in nos ira desēuiat. Et si Deus Mosi dixit:
 dimitte me, vt irascatur furor meus contra po-
 pulum hūc: quanto sēpius hoc est arbitrandus
 Deus Apostolis dixisse.

¶ Tertio, Apostoli sunt sal ad sacrificia celebra-
 da. nihil enim gratū offerre Deo homines pos-
 sunt nisi sit Apostolico sale perfusum. Id est, ni-
 si Apostolorum, vel successorum approbarit au-
 toritas. Contendant heretici quantū volent bo-
 na opera facere: non ea probat Dominus, nisi
 prius sancta probarit ecclesia. Egregiē Dominus
 inquit. Sicut misit me Pater ego mitto vos, at
 nihil placet Patri, quod nō probauerit Christus:
 ita igitur nec quicquam placet Patri, quod non
 probarint Apostoli. Si quidem spiritus vnus est
 qui in Christo est, & in sua ecclesia. Sal terrę
 Christus: ita & sal sunt terrę Apostoli.

¶ Quarto, Apostoli sunt sal, ad condiendos ci-
 bos. Memorię succurrit, quod terra nulli anima-
 li cibus est, nisi serpenti. Dictum enim est, super
 pectus tuum gradieris, & terram comedes cun-
 ctis diebus vitę tuę. Homines igitur, qui post
 peccatum terra sunt, & in terram reuertuntur,
 cibus sunt serpenti, cunctis diebus, & quia dies
 serpentis

Roman. 8.

Iacobi. 4.

Roma. 11.

Roma. 4.

Ierem. 17.

Exodi 32.

Ioanis. 20.

Genes. 3.

serpētis sunt eterni, sit vt homines qui terra sūt, & erunt: sint in eternum dēmonum cibus: ò rem miserādam, quòd miseri homines perpetuo deuorabuntur à dēmonē. nullum ne tanto malo remedium erit? erit planē. Si enim insulsa terra cibus est dēmonis: eadem si falsa fuerit, & apostolici salis saporem acceperit, cib⁹ reddetur Dei. ò rem iterum admirandam. Si voluerint homines viuere, sicut vixerunt Apostoli: vt eum habeant saporem, quem illi habuerunt: iam non eos dēmon deglutiet: sed Deus. tanta est rerum mutatio, Petre inquit Dominus, occide & manduca. Quid Domine? imo tu ipse occide, & māduca. Minimè quidem manducabit Deus, quòd non māducauerit Petrus: & nihil sapiet Deo, quòd non sapiet Petro. At Apostolis nil sapit, nisi apostolicum. ¶ Cum lector frequenter hīc audis Apostolos, intellige eorum charitatem, patientiā, humilitatē, paupertatem, & absolutum sanctitatis exemplar. Sicut cum Deum audis, intelligis sumam charitatem, iustitiam, & cetera. ¶ Non libet silentio præterire quā eleganter depinxit Dominus futuros Apostolos, cum eos nomine salis nominauerit. Sal educitur ex aqua, maximè maris, contrahitur in angustam terram (aream. s. in modum fosse paratā) ita vt aqua non exhauriatur à terra: sed ima solum facie, terrē iungatur. Mox illa aqua solis calore durata, sal fit. Iam vide quā graphicè hęc prædicatorem Apostolicum depingant. Mare mundus est, ex hoc mari debet prædicator assumi. omnis enim pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur. & Dominus inquit. Ego vos elegi de mundo. In hoc enim officium non angeli assumuntur, sed homines: vt sciant se circumdatos esse infirmitate. Igitur prædicator ex mari est assumendus: at est ita assumendus, vt in angustam aream abducatur, non verò in laxa fluentia. arcta enim via est, quę ducit ad vitā. Sed num sat est, vt prædicator efficiaris, vitæ arctitudo? minimè. Requiritur vt solis calore durus efficiaris. habet enim Ierem. deditē hodie, in ciuitatem munitam, in columnā ferreā, & in murum æneum, super omnem terram. Bellabunt contra, te & non præualebunt. Et quidem bellauit totus mundus contra Diuos Apostolos, nec præualuit: imo victus succubuit. Videlicet quia calor charitatis ita apostolica pectora firmavit: vt nullis iētibus cederent. Humilitas ergo, & vitæ arctitudo, tum charitatis ignis, & patientiæ fortitudo prædicatorem reddunt apostolicum, illum videlicet, qui sal terrę futurus sit.

Quod si *sal euauerit.* Attentione dignum est, non dixisse Dominum, si sal computruerit: aut si liquatum fuerit, vel humectum. Hoc solum dixit, si sal euauerit, aut infatuatum fuerit. Videlicet, quia grande salis periculum est à vanitate & fatuitate. Cum enim Apostoli in gradu sint excelso: & rursus cum videant se esse plebis doctores, & magistros: ipsa

eos celsitudo vanos reddere potest: ipsaque sua scientia inflatos & fatuos. Apertum est. n. locum altiorem, hominē efficere vaniorem. Vt Luc. 11. cifer testis est locuples. rursus apertum est, quòd scientia inflat. graue ergo periculum prælati est à fatuitate. Dices, quæ nam hęc est fatuitas? respondeat Paulus. Sapiētia huius mundi, stultitia est apud Deum. ergo si Prælati voluerint mundi sapiētiam sequi, infatuatur. Quid verò sit sapiētiam mudi sequi: ipse Paulus respondeat. Cum ait, nihil me arbitratus sum scire inter vos, nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. quòd ergo extra Christum crucifixum fuerit, extra sapiētiam est. Audi alio loco Paulum. Prudentia carnis mors est: non ergo sapiētia est. Deum immortalē, quā difficile est distinguere inter prudentiam carnis, & spiritus? & ex alia parte, si sapiētiam carnis sequimur, infatuamur. ¶ Et quòd longè miserrimum est, si sal infatuatum fuerit, in quo salietur? id est: Si Prælati elatus fuerit, si mundi prudentia tumens, in quo salietur? quasi dicat, est immedicabile malum. At nūc quid videmus nisi elatissimos prælatos: fatuos, aut certè seculi prudētia turgidos? hoc verò quòd ipsi putant esse sublime, malū est irremediabile. ¶ Queris cur irreparabile sit malum hoc? respondebo, quia summā habet boni speciem. Videtur enim Prælati ipsa seculi altitudo & elatio necessaria esse, Pōtificiæ dignitati: ipsaq; mundi sapiētia, (quæ Deo fatuitas est) illis apparet vehementer utilis & accomoda. quomodo igitur medebimur malo, quòd qui habet, grande credit esse bonum?

¶ Non mihi hęc dicta fuerint, quo dānem secularem prudentiam. Absit, hęc enim etiā donū Dei est. sed quo cuperem hanc tam laudatā suppellectilē, Euangelio inferuire, non dominari: Euangelium sequi, non impedire.

¶ Interim timere debent Prælati tam horrenda Domini verba. Si sal euauerit, quo salietur? Et quidē viri simplices, & in eruditi, cum audiūt verbum Dei, aut exempla sanctorum: facile saliantur: facile enim obediunt Euangelio. At Prælati, & docti homines, cum mali sunt, cum tepidi, cum à cœlesti conuersatione alieni: licet verba & exempla sacra audiant: tot habent excusationes in peccatis, tot habent rimas, quibus è manibus Dei elabuntur: vt saliri se non sināt. & demum, cum docti homines tam habeant sanctas litteras versatas, & reuersatas, iam non illos hęc mouent, aut stimulant: nimia enim consuetudo, abstulit reuerentiā. Hęc sunt causę quare cum sal euanescit, non habet quo salietur.

Ad nihilum *valet ultra.* Grauiissima est hęc Domini sententia, quā censet prælatos vanos, & fatuos ad nihil valere. At dices, imo certè valent plures enim elemosinas conferunt, hospitalia edificant, ecclesias reparant: lites dirimunt: beneficia conferunt, cur igitur Dominus dicit eos ad nihilum valere? Certè

Act. 10.

Hebr. 5.

Ioanis 15.

Hebr. 5.

Math. 7.

Ierem. 1.

1. Cor. 8.

1. Cor. 8.

1. Corin 3.

1. Cor. 2.

Roma. 8.

1. Corin. 35

Prudentia
Secularis.

re: Certè quia hæc omnia sine spiritu, temporalia sunt, quæ nihil esse dicuntur, vbi cælestibus comparantur. Nam & Apostolus dicit: si habuerō fidem, prophetiam, scientiam, si dederō elemosinas: si corpus meū ignibus obtulero, sine charitate: nihil sum: temporalia enim sunt hæc, non cælestia: vt pote quæ sine charitate fiant.

¶ Dices. etiam vani, & fatui Prælati valent ad synodos congregandas: leges sanciedas: ordines conferendos, sacramenta perficienda. Et hæc sunt equidem cælestia. Video hæc esse cælestia, sed quantum hac Prælati parte profunt, tatum ex sua vita tepenti, vana, & superba gregibus obsunt. Vt verè dicatur, nihil valent. Quod enī vna edificat manu, altera destruit. Imo potētius destruit, quàm edificat: quanto potētius est exemplum vitæ, quàm verba doctrine.

¶ Sed equidem durissimum est quòd dicit: Ad nihilum valent vltra, quasi dicat, In perpetuum redduntur inutiles. Quid igitur Domine, num fatui Prælati omni remedio carent? nulla ne est melioris vitæ expectatio? est certè. Quia quæ sūt hominibus impossibilia, sunt apud Deum possibilia. Grauisimè infatuatus est Petrus dum ad ancillæ vocem, Christū negauit: sed sanatus est non ab homine, sed à Deo: respexit enim illum Dominus, & egressus fleuit amarè.

Nisi *vt mittatur foras.* Ac si dicat, nulli rei Prælati fatuus est accomodus, nisi in hoc vnicum, vt foras mittatur. Vbi non dicit, Prælatum fatuum, iam missum esse foras, & iam conculcatum: sed quòd ad id valeat, vt mittatur foras, & conculcetur. ¶ Vbi dubium est non leue, quid sibi velit mitti foras, & quid conculcari ab hominibus. Ego non credo hæc ad inferni pœnam referri, non enim recolo me legisse, dånatorum pœnam esse ab hominibus conculcari. Credo igitur ad ecclesiasticam césuram esse referenda. Vt sit sensus, Prælati fatuus dignus est, qui deiciatur & exauret, (hoc est enim foras mitti) & dignus est ita abijci, vt ab hominibus vilis, immundus, & abominabilis iudicetur. Hoc enim est conculcari, vt stercora: imo cõculcari, vt bestias nociuas. Sanè Dominus nunquã discedit à suo more loquendi. Sicut ergo qui dånatur in inferno, dicuntur foras mitti. (palme enim sterilis foras mittitur: vt ardeat) & dicuntur mitti foras, s. ab omni bono, & consolatione cælesti: ita & qui deponuntur & exautorantur, mittuntur foras, ab omni bono, & consolatione ecclesiastica. Iam sicut bestias nobis nocentes conculcamus, ne noceant: ita vellet Christus suos fideles de fatuo Prælati sentire, vt de bestia nocente, id verò est cõculcare. Est ergo huius sermonis sensus. Prælati fatuus effectus, re medio ferè caret. Ad nihilum vtilis est in perpetuum. Ad nihil dignus est: nisi vt deponatur: de positusq;, adeò sit gregi abominandus, vt ipsum velut stercus noxium fugiant & conculcent.

¶ Deum immortalè, si Prælati fatuus hæc pro-

meretur: quid credis eum promereri, si nequam efficiatur: si homicida, si fur, si libidinosus? Sed hæc vitia, hominum sunt, non Prælatorum.

¶ Nota. Etiã si Prælati, (si singulos spectes) infatuari possint: at in negotio fidei & morū, vbi in concilium ritè & rectè congregatum coaluerint: infatuari non possunt. Alioqui si totum sal ecclesiæ, in huiusmodi negotio euanescere posset, in quo salietur? quomodo emédabitur? Imò & Papa qui salium sal est, in negotio de fide, & moribus, si quidpiam, vt pontifex decernit, infatuari nequit. Alioqui careret correctione, quo enim saliretur?

Vos estis *lux mundi.* Fac lector videas mundum originalem, primo die, lumine carentem: quando tenebræ erant super faciè abyssi. Quid tunc aliud quàm horror, chaos, & rerū tristis, ac mæsta facies? Clamat vox Dei, fiat lux. Fit lux, quã nouus rebus oibus vultus: quã res pulcherrima lux? sine quã nihil pulchrū, quã pulchrū est, si quid pulchrū est. Adeo pulchra lux, vt suæ dignitatis primus testis fuerit Deus, scriptura dicente: vidit Deus lucem, quòd esset bona. Nec voluit Deus solus esse lucis laudator: voluit etiam, vt quiuis si sanos haberet o-

culos, nihil estimaret luce pretiosius. Vt diceret Tobias, quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cæli non video. Lux sola est cælesti digna sede, quæ terrenis sordibus non sordescit: quæ omnibus est chara, nisi malis hominibus, & lippientibus oculis. Habes lucem, mundi huius præclarissimum ornamentum. Attolle nunc oculos, & mundum totum contemplare (quo tempore sunt Apostoli instituti.) Quid tunc erat mundus? an non erat totus tenebræ, & vmbra mortis? an non erat domus horroris, & vastæ solitudinis? quid erat nisi sola ciuitas, plena populo: id est Deo sola, demonibus & peccatis plena?

¶ Quum verò Christus instituit Apostolos, facte audire, fiat in medio harum tenebrarum fulgētissima lux. Vos inquit estis lux. Sanè sicut vox illa antiqua, fiat lux, potēs fuit lucem quæ non erat, facere vt esset: ita & vox Christi, *Vos estis lux.* Potēs fuit, homines tenebricosos, viles, & qui nõ erant: in tãtam euhere celsitudinem, vt lux essent mudi, & lux essent in Domino. Et talis lux essent, vt post Deum (non hinc de S. Virgine loquor) nihil in orbe spectabilius, nihil sit pulchrius, quàm Apostoli. Planè Aristoteles, & Plato videbantur huius orbis soles, videbantur præ suo fulgore reliquas stellas obtenebrare. At vbi Apostoli fulserunt in orbe, tenebræ facti sunt omnes Philosophi. adeò vt qui sola philosophorum luce velint illustrari: in tenebris maneat, qui verò sola Apostolorum est luce contentus, ipso sit sole splendidior. Quid dicam? Apostoli non sunt dicti lux terre, aut hominum, sed lux mundi. planè quia nõ solum terram, aut homines suo illuminauerunt lumine: sed ipsum etiam cælum, illustrius nunc est, si sic phas est dicere,

Genes. 1.
Eodem.

Genes. 1.

Tobias. 11.

Ioanis. 3.

Isaie. 9.

Deuter. 32.
Thren. 4.

1. Corin. 1.
Ephes. 5.

ere, & esse solebat. In his, inquit hymnus, pater-
na gloria, exultat in his filiis, cœlū repletur gau-
dio. Sunt igitur gaudiū cœli, igitur & lux cœli.
O q̄ verè dictū est, factū est vespere & mane dies
v nus! Quia prioris seculi homines velut ves-
pere fuerunt. at Apostoli, ipsum mane micantis-
simum. at ex his, vna coalescit Ecclesia, vnus
enim Deus, vna est etiam Ecclesia, ab orbis ini-
tio ad finem. Porrò sicut eximius Apostolorum
fulgor, distringere videtur infirmos hominum
oculos: dum eorum præclarissimam vitam con-
templamur: ita eximie tenebræ nostræ horro-
rem intuentibus incutiunt oculis. O quàm lon-
ge distat nostra vita ab Apostolica! nec tamen
nos nostræ pudet desidię. ¶ Subit me tamen ad-
miratio, Cur Dñs non dixerit: si lux offuscata
fuerit, quo illustrabitur? Sicut dixerat, si sal eua-
nerit, quo salietur? Et huius causam esse aduer-
to, videlicet, quia dixit Dominus, ego rogavi
p te Petre ne deficiat fides tua. quasi dicat roga-
ui, ne Apostolorum offuscari fidei lux possit.
Fides enim Ecclesię & doctrina offuscari ne-
quit. Mores quidem Prælatorum infatuari pos-
sunt: doctrina si Apostolica est, tenebras pati ne-
quit. Vnde fit: vt suspectus in moribus prædica-
tor tolerari possit. quia super cathedram Moysi
federunt principes: quod dixerint vobis facite,
quia lux sunt: at secundum opera eorum nolite
facere, quia euauerunt in cogitationibus suis.
At suspectus in doctrina prædicator, nec admit-
ti ad prædicandum: nec si prædicet in prædicatione
tolerari debet. videlicet quia lux, bona debet
esse, omni tenebrarum consortio carens.

¶ Nam sicut à luce cœli, omnia alia lux orta est:
ita ab Apostolica luce, omnia alia pendet. Sed
hec hæc tenent. Nec enim humanus animus com-
prehendere potest, tantam celsitudinem, quanta
est, mundi lucem esse.

Non potest *ciuitas abscondi.* Iudicio meo,
hoc loco Dominus repellit
a viris Sanctis, qui digni sunt sal esse terre, & mū-
di lux, eum timorem, idque desiderium, quod
sunt habere soliti. vellet sanctus nūquam in pu-
blicum prodire: nunquam sui silentij claustra
violare: vellet sibi Deoque viuere tantum. quo
circa nihil magis timet: quàm pontificatum, aut
prælationem. Præsertim cum videat quantus la-
bor humeris prælatorum incumbat. Quis enim
non horreat locum habere Moyse, qui ad om-
nium Iudeorum causas respondeat? Quis non
refugiat substitui Paulo, quem omnium Eccle-
siarum vexat sollicitudo? Quis non timeat infir-
mari cum omnibus infirmis: vri, cum iis qui scā-
dalizantur? Et demum quis nō vereatur tot pe-
ricula fluminum, latronum, ex gente, ex falsis
fratribus: vigilias, famem, sitim, frigus, nuditatē
& reliqua, quæ verus Pontifex Paulus gloria-
bundus commemorat? Quod si sola corporis
pericula expectarentur: non vehementer essent
timenda: sed maculas anime sibi sponsa timet.

Dicit enim, laui pedes meos: quomodo rursus
inquinabo illos? expoliaui me tunica mea: quo-
modo rursus induar illa? Vix enim qui tangit
picem, eius euadit maculas. Vellet igitur vir san-
ctus qui Sal est, & lux, si posset abscondi, nemi-
nem salire, nemini lucere. At contra Dominus,
non potest inquit fieri, vt abscondamini, vt enim
non potest ciuitas abscondi, si supra montem
sita sit: ita nec vos latere potestis.

¶ Vbi multa se offerunt, explicatu dignissima.

Primū: cur Apostoli, eorumq; successores dicā-
tur ciuitas? Ad quod primò respōderi facile pos-
set, sumptum esse nomen totius à parte. vt enim
in sacris literis, anima dicitur totus homo. est
enim hominis præcipua pars anima: & item ho-
mo dicitur facies: exquisiuit te facies mea, (id
est, ego totus.) faciem tuam, (id est, totum te)
requiram. Ita quia Apostoli sunt fundamentum
ciuitatis, id est, Ecclesię: ideo dicti sunt ipsa ciui-
tas. Prælati enim fundamentum est Ecclesię
suz. idem ipse est anima suę Ecclesię, radix, vi-
ta, cor, facies, caput.

¶ Secundò respondetur
viuidius: Prælati dicitur ciuitas: non sicut ca-
stellum exiguum, aut oppidulum vile: quod ho-
stibus facile cedit, nec eorum fert impetum fu-
rentem: sed sicut ciuitas: quę hosti se opponit in-
trepida: vt quę super montem fundata est. Rur-
sum in oppidis exiguis, exiguę sunt opes: at in
ciuitatibus nihil est quod desideres. ita in ani-
mabus subditorum, pauca sunt virtutes: oppi-
dula sunt. at anima Prælati diues est omni virtu-
tum genere: est ergo ciuitas. Substantia inquit
diuitis est vrbs fortitudinis eius. quanto potius
substantia spiritalis, viri sancti, erit ciuitas for-
tissima. ¶ Tertiò adhuc acutius: Pontifex ille ve-
tus gestabat auream in pectore laminam, in qua
descripta erant nomina filiorum Israel. Erat hec
figura Pontificis veri, in cuius corde debent esse
scripta nomina omniū oviū suarū. in cuius cor-

de tāta est charitatis amplitudo: vt in ea omnes
sui subditi habitent confidenter. Si igitur in pō-
tificis anima sui habitant inferiores, profectò hu-
iuscemodi anima ciuitas est. Audi Paulū huius
rei testem: iustū mihi, inquit, est. hoc sentire pro
omnibus vobis: eo quod habeā vos in corde. Si
tam amplum est Paulo cor vt omnes habitent
in eo: profectò nō erit cor, illud solum ciuitas,
sed regio, aut prouincia. Addit Paulus: testis mi-
hi est Deus, quomodo vos cupiam in visceribus
I E S V Christi. ac si dicat: sunt mihi viscera
Christi, ideo augustissima sunt. in illis vos ha-
beo, amo & cupio. Igitur sicut Deus dicitur ma-
ior mundus, quia in illo sunt omnia, multo me-
liore nota, quàm in mundo ipso: & homo dicitur
minor mundus, quia in ipso quadatenus omnia
sunt, quę in mundo existunt: ita & Prælati quę-
dam ciuitas est, in qua sunt thesauri virtutū, sunt
& homines conscripti per amorē & curam egre-
giam. ¶ Quartò etiam respondetur: quod ci-
uitas ea dicitur: quę ab hostibus, suos defendit

Genes. 1.

1. Phel. 4.

Luce. 22.

Math. 23.

Roma. 1.

Exod. 18.

2. Cori. 11.

2. Cori. 11.

1. Cori. 11.

Cantic. 9.

Eccli. 19.

Psal. 26.

Ephes. 2.

Prouer-
bio. 18.

Exod. 28.

Ioan. 10.

Philip. 1.

Philip. 1.

ciues: Ita planè viri facti suos ab hostiū defendūt in cursibus. Beata Catarina sola suffecit vrbe defendere, quam mēnia prostrata deserebāt. Quod si à visibili impugnatione defendere possunt: quanto potius ab inuisibili. Murus fuit Moses toti Israel, cum dixit: Dele me de libro vite, aut parce populo huic. Sensit huius muri vires, ira Dei, cum dixit: Dimitte me vt irascat contra populum, quasi diceret: Ne tantum mihi resistas. ¶ Quinto, responderi potest. Quod iuxta Ecclesi. sentētiā, faber noctu, ac diu tractat, quomodo celabit: ferrarius exsiccatur ab ignis estu, vt instrumenta faciat: agricola sementē spargit: figulus molle lutum format. Sine his, inquit, omnibus nō edificabitur ciuitas. & tractauerat prius de iudicium sapientia. Igitur ciuitas ex quinque munijs constat, iudice, fabro, ferrario, agricola, figulo. Cum ergo Prælatus, aut prædicator quinque illa munta habuerit in se, ciuitas erit. Si sapiēs est, vt iudicet inter lepram & lepram: si agricola est, vt spargat semina verbi: si faber est, vt proficiētes fideles variis virtutibus ornet: si ferrarius est, q̄ igne charitatis, & malleo timoris, in suis vitijs obduratos, emolliat. Si figul⁹ est, vt teneros adhuc christianos parturiat, vt in eis formetur Christus, iam hic erit ciuitas spiritualis, quæ supra montem poni debet.

¶ Demum, ciuitas abscondit intra se domos. Ita & intra ambitum curæ, eleemosinæ, eruditionis, & exempli Episcopalis, debent esse omnes fideles,

At miraculi loco est, quod ciuitas, id est, Prælatus cum fidelibus, sita sit supra montem, non infra. Videat ergo Prælatus, videat etiam quiuis nostrum, vbi sumus positi: quia supra Christū. Vt agnoscas: verè dictum fuisse: quod pastor ouem errantem super humeros posuit. Et quod cecinerat Esaias, in sinu suo portabit agnos, fetas ipse portabit. Igitur & agni, & prælati, agnorum parētes, à Christo feruntur: sed maiore cura, Prælati. Ipsa ergo tam sacræ sedis vbi sedemus, & portamur, nos maiestas moueat, amare portantem, vel certè non mordere, aut conculcare.

¶ Sed mouet me quod dicit, non potest ciuitas abscondi: multo erat planius dicere, non debet ciuitas abscondi. At dicere, non potest abscondi: difficile est. Quid? an non potest vir sctus abscondi? an nō volebat Petrus cum Romam fugeret, abscondi? Planè si hominis fragilitatem spectes, abscondi potest: sed si ingeniū charitatis aspicias: abscondi nequit. Iuxta dictum Ioannis: Is inquit in quo Deus est, non peccat, sed neque peccare potest, quia semen Dei in ipso manet. Videlicet, quia si sequaris ingenium seminis diuini, in te manentis: peccare nequibis, peccabis tamen, si carnistue prudentiæ nitare.

Neque accendunt *lucernam, & ponunt eam sub modio.* Non est facile, vt arbitror, explicare, quid sit lucernā sub modio locari: Et primum si simplicissimè loqui velis, dicito. lucernam poni super candelabrum, est lucernam suo munere fungi. Eandem sub modio latere, est non prodesse: carere commodis, & vtilitate: & accepisse animam suā in vanum. Ait apostolus quod spiritus dantur in vtilitatem, nō in desidiam. Et alibi: dedit Deus Apostolos, & doctores, & reliquos: in edificationem corporis Christi, & Dominus vult ad mensam poni talenta sua: id est lucernam super candelabrum: & dānat seruum: qui defodit talē tum in humo, id est, collocauit sub modio.

¶ Sed penetremus nō nihil. Lux quæ sub modio ponitur, sub mensura ponitur. At lux super candelabro, sine terminis est, vult ergo Dominus seruos suos charitatem habere, sine modo, sine mensura. Vt nunquam cessent: nunquam desideant. Planè cum audis auarum dicentem, erogabo eleemosinam, illi soli, qui extremè laborat: cum audis tepidū Christianum dicentem: non audiam missam, nisi cum me lex cogit: non recipiam sacram synaxin, nisi cum annus præterierit, (ita enim nos ecclesia metitur) hi omnes si lux sunt: lux sunt sub modio, sub angusta mensura. At cum audis, optabam ego anathema esse à Christo pro fratribus meis: & rursus, optabam ego non solum vobis conferre Euangelium, sed & viscera nostra. Hęc lucerna est angusta, non locata sub modio, sed super candelabrum.

¶ Adde & aliud, Prælatus modius est, tum quia, quid est aliud caro: quàm saccus vermiū, & modius intra cuius parietes anima conclusa tenetur: Tum quia ad eius mensurā mensurantur fideles. Qualis enim populus, talis sacerdos. tum etiam, quia Christus accepit spiritum sine mensura. At tu accepisti iuxta modium tuum: vni cuiq̄ enim diuisit iuxta propriam virtutem & capacitatem. Si igitur modius est Prælatus, caueat, ne lucernam sub se ponat: cum supra se eā habere debeat. factum est inquit verbum Domini super Ioannē, factum est verbum super Ieremiam, nunquam inuenies factum esse verbum sub Ioāne. Videlicet, quia prædicator non se, aut commoda sua in prædicatione querere debet. Si enim querat: sub se lucem subegit. At si lucis splendorem præ omnibus estimat, is supra se habet lucem. ¶ Iam si lucis candorem, vite suæ tenebris obscurat, planè lucem abscondit sub modio, id est sub tenebris. At si vita illi est illustris, & prædicationis accomoda luci: posita est lux in loco suo, id est, super candelabrum.

¶ Et quidem iuxta Augustinum: per modium temporalia intelliguntur. Si igitur episcopi functio ad nihil prodest aliud: quàm ad temporalia bona: sub modio lucerna est. Enimvero, si Episcopus solum valet ad lites iudicandas: ad eleemosinas largiēdas: hęc solum temporalia sunt, angusta sunt, modius sunt. Lucerna ergo sub modio latet. At si prædicatione ignita, si vita immaculata subditis prodest suis, lucerna super candelabrum est.

¶ Et aliud ausculta: Si quia tibi diffidis, episcopale

Psalms. 23.

1. Cori. 12.

Ephesi. 4.

Luce. 19.

Mathe. 25.

Romā. 9.

1. Thesi. 2.

Osce. 4.

Ioan. 3.

Math. 25.

Luce. 3.

Ieremi. 1.

Exodi 32.

Eccli. 38.

Galat. 4.

Luce. 15.

Isaic. 40.

Ioanis. 3.

inst non pot peccare

palē refugis functionē, cadelam abscondis sub modio diffidentię tuę. At si vis à Deo accendi, & in eo fidens, poni vis super candelabro. dum tamen tu, ne te ipsum statuas: tunc lux super cadelabro est. ¶ Audi & illud, quiuis nostrum appetentiam habet, quā irrequietum cor habet. Hęc appetentia est velut quoddam os nostrum, dictum enim est, aperi os tuū, & implebo illud. Si igitur hoc os, & hanc cupiditatem vertimus ad temporalia, certē modius noster, os deorsum habet. Quòd si p̄dicator, aut P̄latus sic ad tēporalia versus p̄dicat, planē lucerna est sub modio. Quia modius deorsum os suum habet. at si hanc appetentiam homo ad supera vertit, formam habet cadelabri: cui si lucem imponas, tunc demum lux sufficiens est, illuminare eos qui in domo sunt.

Sic luceat *lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Quasi dicat, non mihi lux vestra placet: nisi operibus comitata bonis. Nec hominibus lux p̄dicatio- nis, aut placebit, aut proderit, nisi viderint cū luce opera vestra bona. Quis enim est, qui arborē, sola ferentem folia ferat? Sanē maledicta ficus fuit: quę folia fructibus vacua gerebat. Deus nō producit verbum ęternum, sine sancto spiritu: ita nec tu proferas verbum, sine opere bono.

¶ At dices, num iubet Deus, ut p̄dicatores sui, sua ostentent opera bona? Planē respōdeo, Hęc differentia est priuatorum hominum, & publicorum. Priuatis hominibus dicitur, te dāte elemosynā: nesciat sinistra, quid faciat dextra. Publicis dicitur luceat lux vestra, & videant homines opera vestra bona. Illi vereantur superbiam, & gloriolę vanitatem. Hi iam non sunt paruuli, ut timeant circumferri vento glorię vanę. illi sat habent si se ędificent: hi alios suo exēplo, ędificare iubentur. Paulus sua clamitat opera, cū dicit, plus omnibus laboravi. Et rursus, ter virgis cęsus sum, semel lapidatus sum, &c.

¶ Parum est, si P̄lati sua ostendant opera: longē aliud maius facere iubētur. Iubētur enim habere eum ignem, eas flammās, ut semper p̄dicent, & semper suam conuersationem ostendāt bonam. Sicut enim sol hic quem videmus, luna & reliqua astra, nunquam cessant hominibus lucere: vitam, & fomentum p̄bere: non in alium finem, quā ut enarrent gloriam Dei: ita & fortius multo, soles spirituales (quales sunt P̄lati) Deum (qui est in cęlo, velut absconditus) luce, & bonis operibus, reuelare iubentur.

¶ Parum est, si P̄lati sua ostendant opera: longē aliud maius facere iubētur. Iubētur enim habere eum ignem, eas flammās, ut semper p̄dicent, & semper suam conuersationem ostendāt bonam. Sicut enim sol hic quem videmus, luna & reliqua astra, nunquam cessant hominibus lucere: vitam, & fomentum p̄bere: non in alium finem, quā ut enarrent gloriam Dei: ita & fortius multo, soles spirituales (quales sunt P̄lati) Deum (qui est in cęlo, velut absconditus) luce, & bonis operibus, reuelare iubentur.

¶ Parum est, si P̄lati sua ostendant opera: longē aliud maius facere iubētur. Iubētur enim habere eum ignem, eas flammās, ut semper p̄dicent, & semper suam conuersationem ostendāt bonam. Sicut enim sol hic quem videmus, luna & reliqua astra, nunquam cessant hominibus lucere: vitam, & fomentum p̄bere: non in alium finem, quā ut enarrent gloriam Dei: ita & fortius multo, soles spirituales (quales sunt P̄lati) Deum (qui est in cęlo, velut absconditus) luce, & bonis operibus, reuelare iubentur.

¶ Parum est, si P̄lati sua ostendant opera: longē aliud maius facere iubētur. Iubētur enim habere eum ignem, eas flammās, ut semper p̄dicent, & semper suam conuersationem ostendāt bonam. Sicut enim sol hic quem videmus, luna & reliqua astra, nunquam cessant hominibus lucere: vitam, & fomentum p̄bere: non in alium finem, quā ut enarrent gloriam Dei: ita & fortius multo, soles spirituales (quales sunt P̄lati) Deum (qui est in cęlo, velut absconditus) luce, & bonis operibus, reuelare iubentur.

SECUNDA PARS.

Nolite putare q̄ veni soluere.

HActenus Domin⁹ p̄m̄ia vitę christianę proposuit, cum beatitudines enumerauit. nunc explicat m̄adata, quibus beatitudinum p̄m̄ia comparare licebit. Sunt verò m̄adata hęc sex, quibus prior lex Moyfi, non eneruatur, sed firmatur.

Huius loci difficultatem conijcere, quiuis inde potest: quòd tam variè, à sanctis exposit⁹ sit. Arbitror ego hac sequenti expositione, plusculum illi lucis adferri. Igitur contextum sic habe. Venio, ò christiani, legem nouam laturus: ac proinde existimare quis poterit, quòd veniā legem antiquam destruere: at verò nō venio destruere, sed potius adimplere. Nam quantum ad me attinet, potius sinam cęlum destrui, & terram: quā iota vnum, aut apicem vnum, & minima quęq̄, legis non adimpleri. Quantum verò ad reliquos spectat: ita volo legem, & eius minima mandata seruari: ut si quis ea soluerit, & docuerit alios, ut soluant: hunc ut minimum in regno cęlorum habiturus sim. Sicut contra, magnum, eum qui fecerit legem, & faciendam esse docuerit. Habetis ergo quā non veniā legem destruere. Porro quia lex imperfecta est, & adimpleri cupit: ideo vobis asseuero, quòd nisi iustitia vestra maior fuerit, quā scribarū aut Phariseorum, (qui sunt legis eximij obseruatores) non intrabitis in regnū cęlorum.

¶ In huius textus verbis, sunt multa difficultia. Primum, quomodo Christus nō venerit soluere legē? Cū verè venerit tollere vincula legis. Si quidem verbo illo, quòd fuit in cruce prolatum, Consummatum est, legem dissoluit, & aboleuit. Quòd Apostolus apertè docet: ipse, inquit, est pax nostra: qui fecit vtraq̄; vnum, legem mandatorum decretis, euacuās, Si euacuauit, igitur destruxit. Quò forsan spectat, quòd idem Apostol⁹ dixit his verbis. Delēs, quòd aduersus nos erat, chirographum decreti: ipsum tulit de medio, affigēs illud cruci. Si deleuit, si abstulit, si cruci affixit, igitur destruxit. Quòd si nō destruxit, sed potius impleuit: redit ad nos celebris illa patrum antiquorum quęstio, quā Paulus cum reliquis iudęis certauit. Iudęis dicentibus seruādam esse legem Iudęorum, cum christianismo, Paulo verò totis viribus resistente. Imò Paulus super hac re, pugnavit cum Petro, Petrus enim coram Iudęis legem seruabat: cui Paulus in faciem restitit. Huic quęstioni tam difficili nihil aliud possum respondere: quā quòd sine dubio christiani obligantur plenissimè seruare, & reuera, si pij sunt, ipsi seruant penitus legem Moyfi. At in hoc est differentia: quòd Iudęi eam seruabant, ut litera sonat: nos non literam eius seruamus, sed spiritum. Nos Christiani reuera sumus veri Iudęi: sumus vera circumcisio:

f. iij igitu

psalm. 80.

Marci. 11.

Math. 6.

Ephes. 4.

2. Cori. 11.

3. Petri. 2.

Ioanis. 19.

Eph. 2.

Colos. 2.

Actoru. 17.

Gala. 2.

Roman. 2.

circumcisio.

igitur & verè reliquam legem seruamus. Quanto enim excessu superat spiritus carnem, tanto superat veritas quæ est ex spiritu, veritatem ex carne. Habet quidem Iudæus carnem circumcisam, descendit etiam ex Iudæis secundum carnem. Atque ideo Iudæus & circumcisio vocatur: Ascende nunc superius. Si Christianus habet spiritum circumcisum: si descendit ex spiritualibus Iudæis: an non verius dicitur Iudæus, & circumcisio? Planè verius, quanto habet spiritus verius esse, quàm caro. Ita igitur: si Iudæus secundum carnem seruat carnem legis: & Christianus seruat spiritum legis: an non magis seruat legem Christianus, quàm Iudæus? Planè magis. Dedit Deus Iudæis legem quæ in cortice carnalia mandat: at Dei intentio erat per illa carnalia, spiritualia fieri: Igitur si Christianus intellecta Dei voluntate: carnalia illa abiicit, quæ Deo non admodum erant curæ: & spiritualia perficit quæ Deo verè placent: An non verè facit Christianus legem? Non igitur Christus per se, aut per suos legem destruxit: sed potius confirmavit. Cortice tamen eius detecto. Perinde enim Christus legem tractauit, ac si nucleum erueret è cortice. Si nubem pelleret è Sole. Si thesaurum ex arca proferret. Demum velum templi scidit, & visum est propitiatorium. Optabat lex iustos homines facere. Id verò per media carnalia, (id est, ad literam solum intellecta) fieri nequibat: quia lex infirmabatur per carnem: & si per legem iustitia, Christus gratis mortuus esset. per media verò spiritualia, id est, spiritualiter intellecta legis iustificatio completur: Non igitur venit Dominus legem destruere, sed adimplere.

¶ Adde & illud: Lex non sequitur in homines pios: sed in impios. Iusto (inquit Paulus) non est lex posita, scilicet quantum ad pœnam. Cum igitur per Christum homines facti sint ex inimicis amici: ex distantibus propinqui: ex impiis pii: planum est, quòd lex iam non habet contra pios sœuire. Nihil enim damnationis est iis qui sunt in Christo, si non secundum carnem ambulant. Christus enim vitam condens Christianam, condidit statum amicitiae, reconciliationis, & iustitiae: ac ideo legem antiquam, vt iam ociosam, cessare iussit. Quòd si aliqui ex nobis secundum carnem ambulauerimus, non Moyse, sed Christi iudicio puniemur. Sicut & status monachorum exemptus est à lege seculari: quæ (cum adeò pius sit illorum status) in illis non destructa dici debet, sed adimpleta.

¶ Adde tertio: Lex vetus à Ieremia dicta est testamentum antiquum. Hoc testamentum si antiquatum est, & senuit: prope interitum fuit. Vt Apostolus arguit: Si igitur secundum literam, prope interitum fuit: mortuum tandem fuit. Nullam ergo illi Christus irrogat iniuriam, dum dicit, se non venire occidere legem: quæ ipsa sua sponte moritur, (in litera:) quam reuiu-

scere facit, secundum sui meliorem portionem, id est, in spiritu. Rectè igitur Apostolus: Lex tamdiu in homine dominatur, quanto tempore viuit. At si lex moritur: iam dominari nequit, quod mortuum est. Non ergo obligare iam defuncta lex potest.

¶ Adde quartò: Si lex secundum literam cessauit, ratio fuit: quia lex erat pedagogus noster, & non dominus. at cum crescit alumnus: nulla fit pedagogo iniuria, si eius cessat imperium. Planè tamdiu durauit Ismaël in domo, quãdiu Isaac crescebat: sed cum voluit esse heres, cum filio libera: abiicitur Ismaël. Ita durauit lex in domo Dei, donec creuit Christianismus: quo adulto lex abiicitur. ¶ Demum, puero in ventre matris existente: phas est vterum intumescere: at vbi prodiit infans, nefas est vterum habere tumorem. Cùm igitur in lege continebamur, & custodiebamur conclusi: venter legis & eius potestas vigeat, & tumeat. nunc verò vbi iam partus prodiit in lucem, venter non est destructus: sed functus est munere suo. E ideo adimpletus. ¶ Et quidem: Si lex vetus posita est propter transgressionem: donec veniret semen, cui promissio facta erat: vbi semen iam venit: (factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret) necesse est legem veterem cessare. tamdiu enim creditor subditum sibi habet debitorem, donec soluat vbi soluit: non destruitur creditor, sed adimpletur. ¶ Finiam si hoc vnum adiecero. Dum viuebat homo in carne: dominabatur homini caro. i. litera legis. Dum erat hō in pueritia dñabatur ei pueritia legis. dū erat hō in regione vmbre mortis, dñabatur ei legis vmbra. At vbi carnalis desit esse, vbi factus est vir, & lumen Solis iustitiæ vidit. equum est legis spiritui subdi, virum esse: lumenque sequi, vmbrae horrore reiecto.

Amen *quippe dico vobis donec transeat calum & terra.* Quàm verè hæc profert Christus? Etenim ex Theologis habemus, triplicia esse legis præcepta. moralia, ceremonialia, & iudicialia. Hæc omnia Christus, & perfecit, & vt perficerentur grauissimè docuit. Primum quidem Moralia ex duobus præceptis pendent, scilicet ex dilectione Dei, & proximi. Hæc Christus compleuit, imo nihil aliud est eius vita, atque doctrina: quam Dei, & proximorum dilectio. Tum ceremonialia Christus amplissimo auctario compleuit: se ipsum sacrificium Deo Patri offerens, & à nobis offerri præcipiens: cum dixit: Hoc facite in meam commemorationem. quanto igitur interuallo relinquit Christus hostias pecuarias, tanto magis placentem hostiam Deo Patri obtulit. Demum, rigores iudiciales Christus in se suscepit. In nullum enim rigor diuini iudicij ita desequit, quàm in Christum dominum. Ipse enim quæ non rapuit exactissimè soluit. Nullum ergo aut iota, aut apex relictum est: quin à Christo & nobis adimpleatur.

¶ Vbi

Roma. 7.

Galat. 3.

Gala. 4.

Galat. 3.

Galat. 3.

Galat. 4.

Roma. 7.

1 Cor. 13.

Roma. 13.

Hebræ. 10.

Math. 26.

Psal. 68.

¶ Vbi lector specta quanta reuerentia, quantaq; admiratione legis præcepta estimet Christus. vt potius velit mundū aboleri: quàm vel minimū legis præteriri. O quàm verè dixit ipse. Sicut mā datum dedit mihi Pater, sic facio. & quàm verè de eo fuit cantatum. In capite libri scriptū est de me: vt faciam volūtatem tuam: Deus meus, volui, & legem tuam in medio cordis mei. Et quidē parum erat si cælum potius vellet destrui: quàm vnum vel minimum legis præceptum. At quod vellet Christus potius templum corporis sui, illudq; cælum (quo suę adorandę maiestatis diuinitas claudebatur) destrui, & interire: quā quod, vel punctus mandatorum Dei violaretur: id verò stupendum est. ¶ Quia igitur ratione audet nostrum quispiā violare diuina præcepta, quę Christus violare sic abhoruit? Dictū est de Sole & luna, stellis, & aliis creaturis. Statuit ea in eternū: præceptum posuit, & non præteribūt. Si cūctę res à Deo factę, & ipse Dei filius diuinum præceptū exhorrent violare: qua impudentia miseria humana temerare nō expauescit? nunquid Deo maiores sumus? Num emulamur Dominū, aut fortiores illo sumus? Inquit Paulus.

¶ Nolo filere quod hic annotandum mihi succurrit. Si Christus non venit soluere: igitur Deus est: & si venit adimplere igitur iterum Deus est. Omnis enim homo mendax. & non est homo qui non peccet. igitur nec est vir qui legem, saltem in minimis non soluat. At si Christus in nullo soluit, non ergo solum homo est: est igitur Deus homo. Et si venit implere, quod Deus ipse p manus Moyse imperfectū reliquit, Deus est qui Dei imperfecta perficere potest. quę. n. magnus pictor imperfecta dimisit, hęc nisi pictor equalis perficere nequit.

¶ Occurrit etiam aliud: quid sibi Dominus velit, cum ait iota, & apicem? Si enim iota, aut apex aliquid præciperent, non esset quod dubitaremus: nunc verò, nec iota, nec apex aliquid mandant: quid ergo dicit Dominus, iota & apicem perficienda? Ego arbitror: iota, & apicem significare minutiora mandata legis.

Sanè manifestum est, mandatum maximum legis, esse de Dei dilectione, & itidem manifestum est, iudicium, misericordiam & fidem, esse grauiora legis. minutiora verò esse decimationem anethi, mentę, & cymini. Vt igitur mandatum de diligendo Deo, est alpha mandatorum: & mandatum de diligendo proximo, est o legis. (vltimum enim quod in mundo formatum est, fuit homo: & primum quod formatum est, fuit Deus,) & ideo hęc sunt summa mandata, in quibus tota lex clauditur: ita mandata minorā sub his comprehenduntur: sicut iota clauditur inter Alpha & O. Ergo mandata minima legis significantur per iota, & apicem. Forsan enim apex significat mandata nō substantialia, sed quę ad ornamentum legis spectant. Sicut apex literarum, non est de earum substātia, sed

solum de earum decore. Hęc explicatio si acceptetur, suauissimè reliqua necere licebit. Est enim sensus: non veni soluere legem quia etiam eius minima mandata consumabo. quę mandata minima si quis soluat: vocabitur minimus. Est enim magnus qui etiam minima implet, & impleri, docet. hoc verò minor est, qui implet, non tamen docet. & hoc item minor, qui non implet. nec non implere docet. at minimus omnium est, q̄ & ipse nō implet, & nō implere docet.

¶ Dices: Cur vocamus minimum eum qui minima negligit, & negligenda docet: cum adhuc sit eo alius minor: is, videlicet, qui legis grauiora violat. & hoc rursus, sit alius minor, qui grauiora legis violat, & violare docet? Respondeo, hos non spectare ad regnum cælorum: sed ad regnum potius inferorum. At si qui violat minima, obseruet maxima: & ea obseruanda proponat, est ne hic à regno cælorum abiiciendus? Minimè quidem. Quis enim audeat damnare eum, qui in horto suo habet mentam, & anethum, vnde exigua decima Sacerdotibus debeat: quam, quia exigua est, ipse non soluat, & non soluere quod exiguum est, doceat? Num minima hęc negligens, grauiorum obseruator, a regno excludetur? Absit.

Qui verò ^{fecerit & docuerit: hic erit magnus.}

Planè, quia intrabit in gaudiū Domini. quia super multa constituet eum Dominus. imo quia super omnia bona sua constituet eum. quę quia mihi explicata sunt Matheï 24. non lubet iterum explicare. Collige tamē, in regno cælorum esse magnos, minores, & minimos. quia in domo Patris mei mansiones multe sunt: sicut in arca Noë erant varię mansiones: pro hominibus seruandis, & pro iumentis. homines. n. & iumenta saluabis Domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam. Collige secundo: legem impleri posse: non solum quo ad mandata grauiora: sed etiam quo ad multa minima. hi enim sunt beati illi, immaculati in via: qui ambulānt in lege Domini. licet ex nostra fragilitate, omnia peccata minima effugere nequeamus. seducimus enim nos, si dixerimus, quod peccatum non habemus. Collige tertio: Si tam magnum putatur, magnum esse in terra, vbi nihil est magnū: q̄ erit magnū, magnū esse in cælo, vbi nihil non est maximum? Cur igitur tam veros honores nemo cupit in cælo: cum sint, qui tam fictos exambiant tam ardentem in terra?

Dico autem ^{vobis.} Sensus est, veni legem implere. Quam vsque ad minima seruabo, & seruari à meis (in spiritu tamen) volo: At assero & decerno, quod licet homines legem exactissimè seruare contendāt, sicut pharisęi & scribę seruare nituntur: nisi aliquid legi addāt: quo iustitiam iustorum pharisęorum exuperent, non intrabūt regnū cælorum. Ergo amplior debet esse iustitia nostra: quàm iustitia pharisęorum olim fuit. Hoc ita intellige:

Ioan. 15.

Psal. 39.

Psal. 148.

1. Cori. 10.

Psal. 115.
Ecclef. 7.

Math. 22.

Math. 23.

Math. 25.

Math. 24.

Ioānis. 14.

Genes. 8.

Psal. 35.

Psal. 118.

1. Ioan. 2.

Math. 24. Primum pharisæi erant obseruantissimi iustitię exterioris: & nullam curam habebant de corde mundando. Erant enim sepulchra dealbata: exterius exactissima: interius verò ossibus mortuorum plena. At nisi Christianus huic iustitię exteriori, interiorem adiciat: nõ intrabit regnũ cœlorum. ¶ Sed secundo: finge pharisæum, qui cordi purificando operam nauet strenuam: non poterit adhuc plenè mundum habere cor. Lex enim infirmabatur per carnem: & ideo neminẽ ad perfectum adducere potuit. Est enim dogma theologicum, quòd ex vi legis, sine gratia: nemo potest omnia peccata mortalia vitare. At nisi plenè cor sit mundum, intrare in cœlum, quòd inquinatum fuerit: non potest.

Roman 8. Hebræ. 10. ¶ Sed tertio: finge (si fieri posset) pharisæum, qui viribus suis, cor suum emundauerit. Habeatque eam iustitiam, quàm vires humane, & legis eruditio homini concedere possunt: num hic intrabit in regnum cœlorum, sine iustitia Euāgelica? **Gala. 2.** minimè Quia ex operibus legis, sine fide mediatoris, non iustificabitur, aut placebit Deo omnis caro. Duo etenim præstitit Christus supra legem, & supra vires humanas. Alterum, dedit auxilium & vim, quã plenè cor mudaretur: quò lex & natura nequibant pertingere. Alterum verò dedit gratiam: per quam proportio fieret, & equalitas inter meritum hominis, & præmium Dei Quod apertum est, per legem & hominis studium haberi non posse. Sed quia hoc argumentum ab Apostolo tractatur in primis cap. Epistolę ad Romanos & Galatas, ideo supersedendum duxi.

Duo hic dubia mihi visa sunt non dissimulanda. Alterum. Si fieri posset hoc tẽpore vir iustus, (vt pharisæus) qui nõ audito nomine Christi, suę legis præcepta seruaret: cauens pro viribus suis culpas mortales: num hic intrabit in regnum cœlorum? Respondeo. Minimè intraret.

gehena. ¶ Addis Quid igitur, ibit ne in ignem æternum vir alioqui iustus? Respondeo. Si fieri posset, gẽtilis omni mortali peccato carẽs (adult⁹ inquã) & sine Christi notitia defunctus, ibit hic tandem in limbũ: quò pueri descendunt. Sed Theologi non admittũt: huiusmodi hominem vita discere: nisi illuminetur, & iustificetur à Christo.

¶ Alterum est. Cur latro qui in cruce pœnituit, intrat in cœlum: siquidem eius iustitia non fuit maior, quàm pharisæorum? Si maiorem iustitiã Christus à suis requirit, quàm lex à Pharisæis, igitur pœnitentibus malę actę vitę prioris, occlusum est regnum cœlorum? Respondeo hoc esse, quòd Paulus tantopere vrget in Epistola ad Romanos. Quòd pharisæi querẽtes iusti esse, legis iustitiã: iustitię Dei quę datur per Christum non sunt subiecti. Porro Christiani, licet prius iniqui & iniusti: iustificãtur tamen per iustitiam Christi. Quę iustitia quia maior fuit, quã pharisæorũ: ideo postquam nobis exhibita est, maior fit iustitia nõstra: quàm scribarum & pha-

risæorum. Non intelligas tamen quòd ea ipsa iustitia Christi nobis comunicatur: sed illi similis.

*Sofe de
nã, sig.
Cõci. Tri.*

Audistis quia dictum est.

PRIUS verò quàm explicare locũ difficillimũ aggrediar, pauca de eius sunt mihi lectione notanda. Primum illud notãdum: Autores grecos omnes legisse illam particulam: sine causa. Quam ex textu Hieronymus dicit esse radẽdã. At Basilius eam legit, homi. 10. quę de ira est. Legit & Chrysost. & Euthymius, & Autor imperf. Quin & D. Aug. li. 1. de serm. Domini. c. 19. & Hilarius cano. 4. Quam verò sententiã magis probem, vix scio: nisi quòd Legum maiestas, nõ addit hæc particulas nam simpliciter dicitur. Nõ occides, non furtum facies, non męchaberis. Vi deo tamen etiam dictũ, non assumes nomẽ Dei frustra. Quicquid sit: vtraq; lectio sana est.

¶ Secũdum notãdum, quid velit racha. Et quidem Chrysost. dixit significare idem quod, Tu. Augusti. quòd sit interiectio indignantis. Hierony: quòd significet hominẽ sine cerebro, & inanẽ. ¶ Et quidem Chrysostomi sententiã nulla veritate fulcitur. Quin nec Augustini, vt palã est consulentibus lexicõ hebręum. At nec sententiã Hierony est integrum vera. Si enim vacuũ cerebro significat, obsecro: quã differentiã est inter racha & fatue? Imo vix differentiã est inter hebetem, (quod Caieta. cõmeminit) & fatuum, & quidem nescio vnde Caiet. hauserit, quòd racha significet hebetem. Igitur Raca. significat vacuum, id est, inopem, miserum, pauperem. Ita Iudicum 9 dicitur. cõduxit Abimelech viros inopes. Hebręis est Reqim, à raqa. Idẽ Iudicũ. 11. congregati sunt ad Iephte viri inopes. Heb. reqim. ¶ Tertium: Gehẽna idem est, quod Hebręis gehinõ. Est autẽ gehinõ vallis Hinnon, erat enim vallis deliciosa, viri qui dicebatur Hinnõ. Quę dictio significat frustra. Vt tandem gehẽna significet vallẽ frustra. Erat autẽ hæc vallis loc⁹, vbi idolo Moloch incẽdebãtur pueri viui: quorum eiulatus ne audirentur, tympana percutiebant, qui pueros immolabãt. Vnde & nomen, tophet, locus ille accepit, id est, tympanum. Tandẽ locum contaminauit Rex Iosias: iubẽs in eum projici cadauera, & reliqua purgamenta. Vnde dictum est, gehẽnam esse locum mortuorum. Erat autẽ Moloch imago cõcaua, septem habẽs conclauia. Vnum aperiebant similẽ offerendæ: alterum turturibus: tertium, oui: quartum arietis: quintum, vitulo: sextum boui. Qui verò filium offerre volebat, huic aperiebatur septimũ. Erat idolo, facies vituli: manus porrectę ad accipiendum. Interim verò quòd puer in septimo conclaui ardebat, saltabant adstantes, & percutiebãt tympana. Cur verò locus hic miser attributus sit inferno, infra suo loco dicam. Iam ad textum.

4. Regũ. 23

Dictum

Dictum *est antiquis qui occiderit dignus est iudicio.* Planè qui occidebat autoritate iudiciaria, nullo iudicio reuserat: vt iudex, eiusq; ministri. Reliqui omnes qui occidebant: rei erant iudicio, id est, vt eorum causa iudicaretur. Nam si inueniebatur, in sui defensionè occidisse inuasorem: liber erat, naturali id dictante ratione. Porrò qui occidebat casu, & nõ ex odio inueterato: hic non occidebatur, sed relegabatur in vnam è ciuitatibus refugij. Sed qui ex veteri inimicitia occidebat inimicum, hic sine remissione etiam ex altari euellabatur ad mortem. hoc est iudicium quo examinatur, eius qui occiderit, causa. de quo habetur Exod. 21.

¶ Pari iudicio & examini Christus vult, eum subdi, qui fratri suo irascitur. Qui enim autoritate iudiciaria delinquentibus irascitur: nullo iudicio reus est: vt enim castigare nocentem potest, ita & contra ipsum irasci. Item qui in sui defensionem contra inuasorem irascitur: nulla est pœna plectendus, vt enim licet arma cõtra nostros impugnatores sumere, in nostri defensionem: ita licet iram recipere, quã arma vibremus. Porrò qui noua percellitur ira, vindictę auidus, si subito fertur motu, non est mortali culpę subiectus Pœnitebit tamè, & pœnitentiã accipiet, quasi vrbem refugij. Quòd si iram sic in visceribus aluit, vt damnum aliquòd grande suis inimicis optaret, hæc iam mortalis est culpa. quam vt luat Deus certò definiuit, etiam si ad altare iratus confugerit. Neque enim sine satisfactione mortalis culpa deletur. Vides lector, quã rectè Dominus dixerit: homicidam, & iratum reos esse iudicio. ¶ Dices forsan, video homicidam reũ esse iudicio, iudicis videlicet populi: non video tamen, cuius iudicis iudicio dignus sit: qui in fratrem irascitur. Si enim Deum esse velis huius iudicij iudicem, certè omnium actuum iudex est Deus. Huic dubio ego responderem. Id iudiciũ quod iratus subire debet: suę conscientię iudicium esse. quia enim arbitris, & publico caruit offensa: eodem publico debet carere iudicium. Cũ igitur te cõtra fratrem ira excanduisse contigerit, tu te in iudicium & examẽ reuoca, vt videas quo animo fuisti iratus in fratrem. Nam si peccasti mortaliter, Confessor iudex erit.

Qui dixerit *raca.* Cõmunis habet Schola, quòd qui intus hèresin acceptauit, non ideo excommunicationem subiit: at qui signo quouis exteriori, (etiam occultissimo,) eam declarauit, in excommunicationem lapsus est: à qua nisi ab Ecclesia absolui nequit, quia quod publicò ex se signo crimen admittitur, non nisi publicò iudicio Ecclesię dicitur expiari. Idem est in nostro textu: vbi ira quę in animo latuit, non iubetur in iudicis forum exterius deduci. At ira quę se in publicum extulit, ad forum iudicis (quod est Ecclesia) vult Dominus quòd deducatur. ¶ Hic multã exurgunt dubia. Prius est: Si Dominus vult, iram iudicio

Iudicis iudicari, cur non dicit: qui dixerit *raca* dignus est iudicio: sed dicit dignus est concilio? Respondeo quòd iudex Ecclesiasticus, Ecclesię habet locum, & autoritatem: & ideo quod iudex facit, concilium Ecclesię facere iudicamus. Vnde cum Dominus dicit: Si te non audierit, dic Ecclesię: voluit dicere, Dic Prælato, & iudici Ecclesię. Nec enim ad omnes fideles iturus es: sed ad iudicem Ecclesię, qui locum eius tenet. Ita & nunc: reus est cõcilio, id est, reus est Ecclesia, id est, reus est vt de hac causa iudex Eccles. cognoscat. Siquidem qui offendit fratrem signo exteriori, Ecclesiam visus est offendisse: cuius erat ille membrum. & ideo non conuenit, vt offensor in sua causa sit iudex: Sed quod Ecclesia sui membri defensionem suscipiat. ¶ Alterum dubium: Quid? Nonne melius erat, quòd offensus suam offensam dissimularet: nec in forum concilij Ecclesiastici fratrem traduceret? Dictum enim est: qui percusserit te in vnam maxillam, obuerte ei alteram. Respondeo: Non dicit Dominus: dignus est offensor, vt ab offenso deducatur in cõcilio: sed dignus est, vt concilij seu Ecclesię sentiat seueritatem. Et planè ita fieri deberet: Vt etiam si offensus suam facillè remitteret offensam: Concilium tamen, id est, Ecclesia, eam non remitteret: sed prosequeretur, ne locus pateret offensionibus. Vult igitur Dominus offensum condonare noxam quã subiit: sed non vult, vt eam condonet Ecclesia. Et profectò si offensus offensorem trahens ad concilium, non sepè ad peccata prouocaretur: (dictum enim est tolle lites, & minues peccata) Sanctum erat, vt ad cõcilio pertraheret: quo sibi fieret satis. Habes igitur lector, quòd offensus si velit: prosequi potest coram iudice Ecclesię suam offensam: nec enim id Dominus hic prohibet: imo innuit. Habes secundo, quòd si prosequi nolit: certè Ecclesia prosequatur: ne mala sint impunita.

¶ Tertium dubium: Dicere fratri *raca*, id est, vacuum, aut pauperem, non est offensa mortalis: Cur igitur veniales culpas vult Dñs Ecclesię iudicio cognosci? Respondeo, primum poterit esse hæc culpa mortalis: si in superiorem eam expuat inferior. Si enim Dauid quia chlamidis oram à Saule diuisit, tã pœnituit grauiter: quid fecisset, si eum vacuum, miserum, aut inopem dixisset? ¶ Secundo potest etiam esse culpa mortalis, si malo animo id dicatur. Sicut enim furatus obolum, volens aureum nummum suffurari, mortaliter peccat: ita qui miserabilem dicit, maiorem contumeliam dicere cupiens. Animus verò ex coniecturis cognosci à Concilio debet. ¶ Tertio, etiam si sit culpa venialis, vult Dominus, vt à Concilio cognoscatur. Licet enim venialis sit, est tamen multorum causa malorum, prodit certè ea culpa, ex animo labe superbię contaminato, & parum fratris amatore, & ad maiores contumelias preparato: nisi Ecclesię concilio frãno cohibeatur. Quia igitur Domi-

nus vehementer superbiam odit, simul & vehementer fraternam requirit charitatem, & proximorum causas agnoscit vt suas: idcirco vult, & hanc causam ab Ecclesiastico concilio cognosci. Olim Nazarei arcebantur à vino, sicera, musto, vuis, & vuis pallsis, & earum acinis. Cur ita? Certè ne gustu ab vuarum acinis irritato, vuas, & tandem vinum concupiscerent. Ita & nunc, verbum contumeliosum à Concilio debet compesci, ne hoc foramine laxato, tota in homicidium proruat ira. ¶ Quartum dubium: Cur Dominus nunquam de Concilij seueritate alibi: nisi in sola fratris meminit iniuria? Respondeo, hinc apertum haberi indicium: quanti Deus estimet charitatem fratrum, quam nulla: vel leui ratione, vult à nobis violari. & si, vt humana miseria solet, violetur: statim à Concilio velit refarciri. Deus bone quot adinventiones Dominus excogitauit: vt charitatis suę tunica à nullo diuideretur. In ceteris velut conuiuet, velut dormitat eius seuera iustitia: hic verò nunquam nõ attentissimè vigilat, iubet, vrget.

Qui dixerit *fatue, reus est gehenna.* Primū hic aduerte: quòd sicut occidere autoritate iudiciaria, non est dignum gehenna: ita nec dicere fatue, aut reliquas contumelias, autoritate superioris, est gehenna plectendum. Potest pater in filium iniuriam dicere, dominus in seruum, iudex in delinquentem. si enim verberare punire: cur non & verbo castigare poterunt? Nam Dominus Phariseos, sepulchra dealbata: Ioannes, genimina viperarum: Paulus Galatas insensatos nominarunt..

¶ Secundò aduerte: quòd non solum superior, sed etiam equalis, potest aliquando fratri exprobrare: cum videlicet id facit ex charitate: ad fratris correptionem, intra comitatis & vrbauitatis fines. Nam qui ita dicit, licet verbo dicat, animo tamen non dicit. Et vt chirurgus carnem discindens ferire non dicitur, sed curare: ita qui contumeliam dicit, vt sanet. ¶ Nunc superest ei respondere quæstioni, quā inculari Dominus à multis solet: quòd tantam pœnam scilicet gehennam, leui verbo, scilicet fatue, & hisce similibus decreuerit. At, qui ita sentiunt, Reipublicę Christianę maiestatem non sentiunt. Neque enim Christianos Christus homines solum esse voluit: sed in suam protectionem asciuit, sub vmbra alarum suarum locauit: super alas suas assumpsit: super humeros suos errantes oues imposuit: eosque velut triumphalem coronam, capiti suo adiunxit. Fecit, vt Christiani essent gens sancta, populus acquisitionis, Sacerdotes etiam & reges. Fecit, vt essent filij Dei, fratres Christi: hæredes Dei, & cohæredes Christi. Fecit vt essent cœlestes, Angeli, & super omnem rerum naturalium ordinem euecti. Et vt nihil deesset tantę celsitudini, voluit in Christianis habitare, mansionemque in illis facere. Et quod omnem superat intellectum, consortes fecit, suę naturę

diuinę. An non tibi videtur equum: vt qui fatuos dicit huiusmodi homines: quos Deus sibi fecit amicos & filios, gehenna dignus efficiatur?

¶ Dices: quid culpæ est, quòd fatuum dicam, eum qui reuera fatuus est? Ego respondeo: si fatuus est: certè frater tuus est, cuius fatuitatem dissimulare debueras, non exprobrare. Deoque gratias agere debuisses: qui dedit tibi, quod abstulit illi: cum tu tamen nihil plus commeruisses quàm ille. In cuius manu est: à te auferre, quod illi condonet. Notum enim est, quòd terram sine aqua, Deus reddit irriguam: & quę irrigua erat, facit vt deserta reddatur. Ita igitur te, qui de tua tumes superbia: fatuitatemque, contemnis alienã: fatuum reddet Deus. Sicut olim Nabugodonosorem in bestia conuertit, & quidem si fratrem fatuum dicis, iam tu fatuus incipis esse: id committens, vnde patiaris gehennam. Quæ nam poterat esse fatuitas grandior? Sed age, fatuus est, quia nescit frater tuus res humanas tractare: quòd si diuina tractare nouit: quid si stultus factus est, vt sapiens esset? Num hunc fatuum vocabis? An nõ magis fatuus forsant tu, qui in diuinis fatuus: in humanis vis sapiens videri? Fatuus est frater: quid si hanc simplicitatē & stultitiã amet Deus: qui elegit stulta mundi, vt confundat sapientes? Redeat tibi in mentem, quòd si fratrem tuum fatuum dixisti, Christo dixisti. Verum enim est, quod protulit ipse, dicens: quod vni ex his minimis fecistis, mihi fecistis. An non fateris te dignum gehenna: qui Christo fatuitatis probum iniecasti? Iam si frater tuus (adhuc infirmus est, & animo tener,) audiens à te vocari fatuus: odiũ contra te concipit, percussisti ergo fratris conscientia infirmam, nulla ergo tibi iustior pœna, quàm gehennę. Quòd si frater tuus lubenter, aut patienter sustinuit probum: profectò fatuum vocare, eum qui nouit patienter contumeliam ferre, nefas est. Et quidem, ex quo ad Dei imaginem conditi sumus, honorem cupimus: honoremque maximi pendimus. adeo vt honorem non nisi Deo, & diuinis hominibus quadrare dicamus. At si probro afficis eum qui diuinis ambit honores: an nõ grauẽ illi intulisti molestiam? Tandem: quam sit graue in alium iactare contumeliam, ex te ipso disce: quam eam grauẽ patiaris. ¶ Habes ex his lector: quàm alienum vellet Christus esse animum Christiani, ab ira, odio, & contumelia. Cuius rei causas si vis penitus intelligere, expende, vitam Christianam totam agi à Spiritu sancto: qui est charitas, pax, gaudium. vide igitur, quàm alienum est ab amore odium, à pace discordia, à gaudio omnis amaritudo. vt enim ab igne alienum est frigus, ita à Spiritu sc̄to alienus est sp̄s irę, aut contumelię. ¶ Et secũdo: hic spiritus viuificans Christianos, eos omnes in vnum corpus cõtexit. Sicut vna anima membra corporis sui tenet vnita, Ita dicit Apostolus: In vno spiritu, inquit, omnes nos in vnum baptizati sumus, & omnes in vno spiritu potati

Numer. 6.

Ioan. 19.

Math. 23.
Math. 1.
Galat. 3.Psalm. 16.
D. uiter. 32.
Luce. 15.

1. Petri. 2.

Roma. 8.

Marci. 12.

Ioan. 14.

1. Petri. 3.

Psalm. 106.

Daniel. 4.

1. Cori. 9.

1. Cori. 10.

Math. 23.

1. Cori. 8.

Genes. 3.

Galat. 5.

1. Cori. 12.

potati sumus. quasi dicat: oēs sumus absorpti, & penetrati ab vno spiritu. sumus igitur omnes membra vnita, in vno spiritu. Pespice iam: tam esse alienam à membris huius vitæ spiritualis, iram & contumeliam: quam est à membris in vna vita temporali coalitis.

¶ Et tertio: intellige vitam Christianam esse inchoationem, & prælibationem vitæ futuræ. Vita enim æterna est cognoscere Patrem, & quem misit ipse, Christum. Non est aliud quod impediatur hanc nostram vitam illi diuinæ continuari: nisi quod maceria corporis nostri soluatur: & vetus hic corporis nostri paries, semper in ruinam impendens, iam tandem labatur. Vt igitur in cælo nulla est ira, nulla esse contumelia potest: ita nec in cælo terreno, (quod est vita nostra,) esse permittitur. ¶ Deniq; vitæ Christianæ natura, institutio, & præcepta sunt amor, viscera misericordiae, charitas fraternitatis. Qui hæc reiicit, vitam reiicit Christianam, id est, diuinam & cælestem. Excipitur ergo à morte æterna, quæ est gehenna.

¶ Sed age, auerte parumper oculos à vitæ Christianæ splendore: in vita humana pedem fige. Dic: quid in hac vita tibi cupis? Certè cupis aliorum amicitiam: vis ab aliis amari, & honorari: quod si aut despici, aut odio haberi te credis, grauissimè doles. Optasque vt redeant ad te amandum & colendum, qui contra faciebant. Et hoc igitur quod tu optas, Deus fieri præcepit iubens ne quis fatuum te dicat, neue cõtra te irascatur.

¶ Dices: rectè consultum est honori meo, ne scilicet quis contra me insurgat. sed optassem ego mihi impunitatem, si ego contra aliquem insurgerem. Sed o bone, quod tibi ab aliis optas: idem illis præsta. si gehennam punitur, qui te despicit: gehenna par est, vt puniaris. si alios despexeris. Vt enim est vnus omnibus Deus: ita & vna est omnibus diuina lex. ¶ Iam si attendas quam laniet, quam excarnificet ira cor tuum: non poteris non laudare eam legem, quæ ex tuo corde iram exterminet: quò pax tibi sit, ira reiecta.

¶ Rursum, quantus timor est, quamq; misera vita: semper cauere eum quem iniuria læsisti. Cupit ille de te vindicari. tu non semper eius insidias fugere potes. an non tuæ tranquillitati cõsuluit, tuæque vitæ prospexit: quite ab iniuria dicenda semouit? Quam igitur dictum verè est. Iustitiæ Domini rectæ: lætificantes corda. Præceptum Domini lucidum. & cæc.

¶ **Si ergo** offers munus tuum. Quasi dicat. si nondum tuo te iudicio examinasti post iram: si nondum Consilium, causam, quam contra te habet frater, agnouit. si nondum Deus te, qui fratrem dixisti fatuum, gehenna punit: Certè necesse est offeras munera Deo, quibus eum tibi places. scito igitur tua munera non placere Deo, nisi vbi fratrem tibi reconciliaueris.

¶ Dices: quid si ille reconciliari noluerit? Respondeo: Non creditur fore Christianum: qui reconciliationem respuat. maxime cum illi satisf-

factionem cõgruam offerat, qui læsit. Quid enim aliud Christianus optet ab aduersario suo: quam satisfactionem, & pacem? Quòd si adhuc reconciliari recusat, vide quam sapienter dixit Dominus: vade prius: vt reconcilieris. non dixit, ne oferas nisi reconciliatus, sed vade: vt quantum in te sit reconcilieris. si ille renuit, iam ex te reconciliatus venis: & ideo offerre munera licebit.

¶ Sunt in hoc textu plurima scitu dignissima. Primum inquit, si offers. Igitur, vt rem manifestam accipit Dominus, quòd debes offerre. Et cum hoc præceptum generale sit, sequitur, quòd quiuis Christianus debeat offerre, ad altare Dei. Aliòqui, is qui fratrem læsit, dicere poterat, non obligor offerre: nolo vnquam offerre: & ita nolo reconciliari. At contra Dominus: demonstrans sepe esse offerendum: & quòd quauis die Dominica (vt statim dicam) debeamus offerre: dicit: si offers, quasi dicat. Cum te oporteat offerre & cæ.

¶ Dices: si quiuis Christianus debet offerre, igitur quiuis Christianus Sacerdos est. est enim sacerdotale munus in altari offerre. Respondeo latissimam esse differentiam, inter offerre in altari, & ad altare. Soli sacerdotes offerunt in altari, sed omnes Christiani offerunt ad altare. Lege canonem tertium & quartum Apostolorum. Vbi habetur, super altare, nihil offeratur nisi frumentum, & vinum. Reliquorum omnium primitiæ in domum deducantur Episcopi, non super altare, vt Episcopus Clericis distribuat. E quibus patet: morem fuisse à Christo, & Apostolis, omnibus fidelibus mandatum: vt omnes fideles afferrent ad Ecclesiam munera sua: ex quibus panis, & vinum ad cõmunionem super altare à sacerdotibus offerrebantur: reliqua verò munera, ad Ecclesiam allata, ad domum Episcopi adducebantur: vt ille clericis diuideret.

¶ Cum ergo Dñs inquit, si offers munus tuum ad altare: meminit moris: quem erat Ecclesia seruatura, vt singulis Dominicis diebus omnes offerrent: & ita voluit, neminem vltra diem Dominicam iram suam prorogare. ¶ Rursum dices. Si Dominus iubet (cum iratus dixit alicui fatue, aut aliquid simile,) dimisso munere ante altare, prius abire vt reconcilietur, igitur vult Dominus, quòd se ipsum diffamet, & traducat. Quam lege equam non esse nemo est qui non videat. Hac enim ratione qui iam iam est communicaturus, surgere non debet: vt constiteatur, quòd in memoriam illi occurrit. Respondeo. Primum facile est dicere Dominum non hic fuisse loquutum: nisi de iniuria publica de qua iam diffamatus est: qui eam dixit. Sed fortasse alludit Dominus ad morem Ecclesiæ primitiæ: quo omnes Christiani, omnibus diebus Dominicis, conueniebant ad cõmunionem: pœna imposita his qui conuenissent ad Ecclesiam, & non communicassent. De quo Apostolorum canon nonus extat, & decimus. Cum igitur omnes ad offerendum cõuenissent, & communicandum: facile erat, sine nota, à lesopetere

Canones
Apostolorum.

Canones
Apostolorum.

petere veniam. Imò forsan, omnes communicaturi publicè veniam petebant: & publicè donabant. Vnde mos solennis, ad nostra tempora dimanauit: vt communicaturus, dicat se veniam dare offensoribus: & petere ab offensis.

¶ Secundò nota illud verbum. *Ibi recordatus fueris.* Ex quo habes: quòd in sacròrum oblatione, maximè admonemur, de his què ad nostram salutem spectant, forsan enim non tibi in memoriam venisset fratris recòciliatio. At quia accessisti ad offerendum munus: tuam Deus excitat memoriam. Rectè Dauid: Cogitabam vt cognoscerem hoc, labor est ante me: Donec intrem in tabernaculù Domini, & intelligam in nouissimis eorum. Igitur Dauid, non admoneretur rei: quæ tã erat necessaria sibi, nisi introisset in tabernaculum Domini.

¶ Tertiò nota illud: *Frater habet aliquid.* Si enim aut nihil est, quod habet reuera: licet ipse se aliquid dicat habere: aut si quidpiam est quod habet, est tamen leuiculum: vt nihil esse dici possit: tunc non est necesse munus ad altare relinquere. Ego tibi verbum dixi, non admodù graue: tu inde montes fingis & maria: at reuerà si rem expendas, vt decet: non te læsum esse clamabis: non tunc poscit ratio, vt bilis tuè apud me tanta ratio sit. Non satis conueniebat Paulo, cum Petro: in negotio Iudaicarum cèremontiarum. nec cum Barnaba: in negotio Marci. Num propterea Paulus se ab oblatione cohibuit? Minimè. Siquidem si quid, aut Barnabas, aut Petrus haberent aduersum Paulum: aut leuiculum erat, aut immeritò habebant. Fratres sanè, fratrum suorum leuiora dissimulant. ¶ Jam si ego in causa mea, ad iudicium te traxi: vbi damnatus es, sed iure. habes contra me querelam, quod te læsi. num ideo ego ab altari arcebor? Minimè. si enim læsi te: læsi quidem sed iustè. si habes aliquid aduersum me: habes quidem, sed iniuria.

¶ Quartò nota illud: relinque munus tuum ante altare. Quorsum id? Certè vt munus ad altare oret pro te: & clamet ad Dominum: impetretq; veniam tui delicti, & pacem proximi tui. Quis enim nesciat: quod sanguis Abel clamat ad vindictam: & sanguis Christi melius clamat, ad veniam. At profectò frequenter munus quod laici offerunt clericis, sanguis est eorum. cur igitur non clamabit sanguis ille, id est munus illud coram Domino? Dictum est conclude elemosynam in corde pauperis. & hæc exorabit pro te, ab omni malo. Si elemosyna exorat ab ob omni malo, què est pietatis opus: multo magis exorabit munus ad altare: què & charitatis & iustitiæ opus est.

¶ Quintò nota: *Reconciliare fratri tuo.* Non dixit pete veniam à fratre tuo: nec dicit satisfacito fratri tuo: sed recòciliare, & in eum statù te colloca nunc: in quo prius eras cum illo. Si igitur necessaria est ad hanc reconciliationem: & veniæ petitio, & pecuniarum solutio, id vt facias præcipit Dominus. Quòd si ad reconciliationem: horum

alterù, aut neutrum est necessariù: id facias quo reconcilieris. Si igitur quem læsisti vir est nobilis: quisola veniæ petitione contentus erit: sat erit veniam petere. Quòd si vir pius est, qui nec veniam à te, nec pecuniam requirit, similiter nec requirit Dñs. Hoc requirit, vt reconcilieris.

¶ Sextò nota verbum. *Tunc veniens offer.* Vbi intellige quòd licet Sacerdotes Domini offerant sacrificiù altaris: offerunt etiam & laici. Sed laici manibus alienis, id est, sacerdotum: hi verò propriis offerunt. Dicitur n. in Cano. & omniù circù stantiù: p quibus tibi offertur, vel q tibi offerunt. & item, hanc oblationem seruitutis nostrè, sed & cunctè familiè tuè & ceter. Igitur multiplex est munus Christianorum. Primum, & maximum est Sacra Eucharistia, id est, Christus ipse: q seipsum in Cruce semel obtulit: & quem, eius loco, sacerdotes quotidie offerunt, & laici. Deinde oblationes decimarum, & primitiarum: quæ Sacerdotibus offeruntur. Hinc sunt internæ affectiones. itè cor contritum: & sacrificium laudis seu labiorum, & demum quècunq; bona opera, quæ Deo, viri Christiani offerunt.

¶ Exurgit iam non dissimulandum dubium. Si omnia hæc sacrificia sunt Christianorum: & antequam hæc offerantur, iubet Dominus vt recòciliatio fiat: fit igitur vt qui communicat, audit missam, orat, aut quoduis aliud munus Deo offert, nec dum reconciliatus, peccet mortaliter: vt qui hanc Christi legem violet. Hoc dubiù querit: quando sit mortale, virum non reconciliatù Deo munus offerre? Ad hoc, non est adeo facilè respondere: Verùm sit assertio prima. Qui animo reconciliatione vult, licet opere non eam quæsierit: non peccat mortaliter munus suum offerens. nec enim est culpa mortalis, si quis animo, (licet non opere) reconciliatus elemosynam tribuat pauperi, aut sacre incumbat orationi, aut officio assistat missæ. Imo etiam si corpus sumat Christi. nisi forsan vbi scandalum nascatur inter eos: qui de communicantis nouerunt in fratrem offensa: non verò nouerunt de eius ad pacem preparatione. Secùda assertio fit: Qui còtra fratrem què læsit, animù habet male affectum: is si communicet, sine reconciliatione mortaliter peccat. cetera si offerat Deo munera, non peccat. Nec enim omnia què mali faciunt mala sunt. Vt in Concilij Tridentini. sessione. 6. Canone. 7. definitur. Tertia assertio: qui in fratrem quem læsit, animum gerit non reconciliatum, & hoc animo munera offert: licet hic non peccet: nec meretur tamen. imo verò muneris sui amittit fructum. Si enim distribuero facultates meas in cibos pauperum, & charitatè nõ habeo, nihil mihi prodest. Rectè igitur Dominus non est minatus gehennam offerenti munera sine læsi fratris reconciliatione: sciebat enim id non esse culpam mortalem. Sed solum significauit, talia munera non sibi placere: nisi prius læsum fratrem sibi reconcilieret, qui læsit.

Psal. 72.

Galat. 2.

Act. 15.

Genes. 4.

Hebræ. 12.

Eccli. 29.

Caron
Misa.

Hebræ 9.

Psal. 50.
Psal. 49.Concilij
Trident.

1. Cori. 13.

Esto consentiens *aduersario tuo.* Potissima hic difficultas est, quid aduersarij nomine Dominus intellexerit. Et licet alij, Deum aduersarij voce intelligi velint: alij eius Verbum: alij propriam conscientiam: alij diabolum: alij eum qui nobis lesionem intulit: ego verò, eum aduersarium intelligo lædenti, qui ab eo læsus est. Si te læsi, tu es aduersarius meus. Id clarissimè loquitur contextus. Dixisti fratri fatue, reus es gehēna: si offeres ad altare munus, & ibi recordaris: aduersarium tuum quem fatuum nominasti, habere aduersum te querelam (ideo enim aduersarius est) relinque munus, & quere eius pacem. & si obuium eum habueris in via, quere pacem cum illo. &cæt. Clarissimè etiam loquitur ratio huius textus. Quia enim fratrem fatuum dixisti: habet ita offensus iustam cōtra te querelam. quam si iudici exponat (videns se à te contemni) iudex tradet te ministro: vt in carcerem coniciaris. Vbi & læso satisfacias, & expensas soluas, & carceris sentias iniuriam. Clarissimè etiam loquitur verbum textus: Cum videlicet vocat aduersarium tuū, qui aliquid habet aduersum te. Amplector igitur hanc expositionem. secundum quam sensus est: si iratus, probum in fratrem iecisti: iram deponere, beneuolum animum induere, fratrem offensum inquire: & cum inueneris, da operam vt offensam remittat. Aliò qui si remissionem fratris non curaueris: exasperabitur ille, & coram iudice traducet. at iudex iustitiam faciens, in carcerem te coniciet: vbi multò plura solues, quam soluis: si animo fuisses beneuolenti. Hęc est plana, suaui, & aperta literę explanatio. Ex qua multa sequuntur. Primum quòd Euangelium approbat iudices, ministros, carceres, & expensas: hęc omnia illud confirmat, quòd Dominus dicit: Amen dico tibi, non exhibis inde, nisi soluas. quasi diceret: iudico te dignum & carcere, & iudicis sententia, & iustitię expensis. Ergo iudex minister Dei est, in iram: nec enim sine causa gladium portat. Secundò sequitur: Quòd licet inter Christianos oia sint blanda, oia sint viscera miserationis & amoris: at vbi ad iudicem ventum est: vertuntur omnia in rigorem, & seueritatem. id expressè habes, ex illo verbo: nō exies inde, donec soluas etiam nouissimum quadrantem. Cum enim quadrans, qui est numerum minutissimus, solui præcipiatur, clarum est omnem seruari in iudicio rigorem. Tertio sequitur: quàm debeat Christianus iudex fauere ei, qui iniuriam passus est. Enimvero, sine delectu personę læsę, & lædenti: iudex debet ordinariè in carcerem trudere lædentem, & læso in expensis facere satis. Quarto sequitur satisfactionem debere fieri læso numis. ideo enim solui debet læso, & iustitię, vltimus etiam quadrans. Planè verum est, quòd honor altioris ordinis est, quàm pecunia. At quia pecunia omnia obediunt: obedit etiã & iniurię satisfactio.

Roma. 13.

Colof. 3.

Eccl. 10.

Siquidem talionis pœna in Euangelio locum non habet. Quintò habes politiam iudicariam in terris, conformem esse politię iudicarię in eternitate. Vbi Iudex Deus: ministri Angeli: carcer est infernus, aut purgatorius locus. è quo nemo exit, nisi omnib⁹ debitis exactissimè persolutis. Sextò sequitur: quòd si inter litigandum, offensus suam remittat offensam, iudex tamen causam debet prosequi in rigore. donec offensus satisfactum sibi esse dicat. Vides quàm sanctum, quàmq; incorruptum velit Deus esse iudicem suum? Hactenus de hac expositione.

Verum quia non de bobus cura est Deo, vt de rebus eternis: & quia textus gręcus dicit: Ne forte aduersarius tradat te illi iudici, & iudex ille tradat te illi ministro, vbi specialis quidam iudex, & specialis quidam notatur minister: idcirco placet, aliam expositionem cōminisci. vt videlicet sermo sit de Christo iudice viuorum, & mortuorum & de demone, qui minister est irę Dei. iuxta illud: Tradere Satane in interitū carnis. Est igitur sensus. bene affectus esto in eum quem læsisti: ne hic à te offensus fortè tradat te Christo, & Christus demoni, & demon carceri, ex quo non exhibis: nisi soluas.

In hac expositione illud dubium est, quomodo Vir læsus tradit offendentē Christo? Respondeo: pius cum iniuste læditur ad Deum se conuertit: causamq; suam illi committit: iuxta illud Ieremię: Videam quęso Domine vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelauī causam meam. Et ferè idem. Dauid: Iudica Domine nocētes me, expugna impugnantēs me. At in Ieremię verbis duo aduertenda sunt. alterum est illud, tibi reuelauī causam meam. quòd idem est ac si diceret: tibi tradidi causam meam quò loco Ieremias aduersarios suos iudici tradidit, vt etiam Dauid. Qui enim, viris pijs licitū non est, manibus suis vindicari, cum vindictam à iudice sperant, aduersarium iudici tradunt. Alterum est illud, videam vltionem ex eis. cum enim viri pijs offensus, in Dei cedit iniuriam, tunc optat pius offensus: vt Deus tradat aduersarium ministro & carceri, & vindictę (licet non eternę.) Porro si viri pijs dānum, Dei gloriam non tangit: tradit quidē pius aduersarium suum Christo, non semper in vindictam, sed in misericordiam. & ideo in textu dicitur: Bene velis ei quem læsisti, ne te tradat Christo, in vindictam & in carcerem.

Hanc lector si probaueris expositionem: expende quàm sit graue, quàmq; periculo plenum virum offendisse piū, qui causam suam Deo committat, & tradat. Profectò qui offendit: non euadet manus Domini, quin in hac, aut futura vita, pœnam delicti exactissimè soluat, vsq; ad nouissimum, inquit, quadrantem. Planè habetur apud Ieremiã, ne ores, inquit Dominus, pro populo hoc, non enim exaudiam te. quasi dicat, pœnam exactè sui peccati persoluet, id statutum iam est, ideo pro eo orare ne velis.

Audistis

1. Corin. 9.

1. Corin. 5.

Ierem. 11.

Ierem. 20.

Psalm. 34.

Ierem. 7.

Audistis quia dictum est.

Vide huius loci difficultatem: dicam, quæ consona videri possint. In primis id annotandum, quod licet Dominus videatur loqui de omni muliere, cum dicit qui viderit mulierem: at profectò non loquitur, nisi de coniugata, vt sit sensus: qui viderit coniugatam, ad eam concupiscendam, iam mechatus est eam. Quod verò hæc sit germana lectio, indicatur primum ex versionibus doctissimorum virorum: qui ita legunt: qui viderit vxorem alterius. &c. Indicatur secundo, ex ipsa veritate. Nam qui videt solutam, & eam concupiscit, non mechatus est. fornicatus est planè, sed non mechatus. Igitur veritas ita habet: qui videt vxorem alterius, ad concupiscendum, mechatus est. Nec potest nodus hic aliter dissolui, nisi fortè dicas: quod in Christiano tanta culpa est fornicatio, quanta etat adulterium in Iudeo. Et ideo Dominus dixit: Ego dico vobis Christianis, qui fornicatur vidēs mulierem, perinde est, ac si mechatus esset. Verum tamen quia voluntariè hoc dicitur, nescio an verum sit. Hoc ita constituto, videre est: quid velit Dominus dum dicit: Qui viderit mulierem ad concupiscendum. Et quidem salua doctiore censura: credo hunc esse sensum. Olim mandabatur non mechaberis. & item mandabatur, ne concupiscas coniugatam. Nam si concupiscas, etiam si non mechaberis, mortale peccatū admisisse. Nunc ego vobis dico nemo dispgat suos oculos, ad concupiscendum: nam si oculos explicaueris ad concupiscendū: etiam si non concupiscas, mortaliter peccasti. Est iuuenis, discurret p plateas & angulos, vt inueniat quam concupiscat. non inuenit, & ideo non concupiscit: iā mechatus est. Igitur primus mali gradus est, spargere oculos ad concupiscendum: licet non concupiscas. Secundus, concupiscere: licet non mechaberis. Tertius, & pessimus mechari. Quasi Dominus diceret: media ad assequendum finem sunt mortalia: licet finis non habeatur.

Ex quo plano sensu colligitur: quod sicut aperire oculos, ad querendam quam cupias, mortale est: ita arrigere aures, ad audiendam quam desideres, mortale est. Canunt fœminæ multæ, tu aures extēdis, vt eam cupias, quæ dulcius canit: mortaliter peccasti licet nulla sit, cuius tibi cātus probetur. Par erit de reliquis sensibus ratio.

Dubitas, an hoc loco damnata fornicatio sit? Et responsio est, quod licet forsan ex huius litteræ contextu non damnetur: damnauit eam tamē Apostolus, cum fornicarios dicit, in regnū Dei nō ingressuros. Et quidem iure ipso naturali, est fornicationis dānatio manifesta. Primò, n. si illa liceret, quis est q (à Deo instituto) matrimonio collū subiiceret, & non vagum potius fœminarum expeteret concubitū: ne matrimonij sentire molestias cogereetur? Et item, quæ nam esset filiorū educatio: vbi nullus vir fœtum crederet

esse suum? Et quis esset qui filios vellet sancto instituere, & erudire. si existimare posset, alienos esse quos instruere parabat? 4. Et vbi esset illa hominum sancta, ac firma amicitia: quæ ex matrimonio per consanguinitatem & afinitatem germinat, & firma perseuerat? 5. Profectò zelo, iniuriis, & cœdibus totus mundus macularetur: si viri, quas amare cœpissent, ab aliis liberè viderent cōspurcari. 6. Iā viris senio cōfectis, quis filius p̄sens remediū afferret: si patrē esse dubicaret, quē senio premi videret? 7. Sanè, de pudore, & verecundia actū esset: si fornicaria libido impunè per homines grassari posset. 8. Et quidem pulchris fœminis, fortasse per fornicationē parata essent cōiugia: sed castis, & iam vetulis quis prouideret? 9. Imo arbitror si fornicari liceret: nullas futuras domos, nullas ciuitates, nullāq; politiam. Quod enim domos firmat, & stabilit, est matrimonij indissolubilis nexus. ex domibus verò firmis, firmantur & vrbes. 10. Tolleres etiā regnorum legitimas successiones: siquidem nec rex, reginæ partum crederet esse suam: sed patris forsitan, atque bubulci.

Quod si oculus tuus Hic textus vt est difficilis ita est admirandus. id primum aduerto: qui simus quam miseri, quam venenati?

Miseri planè quibus, à nostris oculis, à nostris manibus: mors, & mors inferni impendat. nos nostris scandalizant oculi: nec scandalizant solū, sed in infernum coniciunt. Sanè Dominus hæc protulit verba: caute, inquit, ab hominibus. nunc verò dicere videtur, caute etiam à vobis. Siquidem verissimum est inimicos hominis, esse domesticos eius. verè igitur clamat Paulus: In fœlix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius. vtpote quod, nisi castigetur, & in seruitutem redigatur, reprobos nos efficiat. Mors inquit ille, est in olla: at nos dicam, mors est in oculis nostris, in auditu, manibus, & pedibus. Quis vidit alpidem, aut basiliscū, adeo venenatum: vt in se suū effundat pus, atq; venenum? Sed cur dicit: Si oculus tuus dexter, & manus tua dextra. Primò quidē: quia oculo dextro respicimus, quæ amamus. Cū. n. dextræ partes sint efficaciores, quam sinistræ: ideo dextris utimur: cū aliquid efficaciter efficere desideramus. Hinc est: quod fœdera iungimus dextra manu. Nam & Apostolus dicit: Dextras dederūt societatis: mihi & Barnabæ & sponsa dicit: Leua eius sub capite meo: sed dextera eius amplexabitur me. igitur amantes dextera se amplexantur. Et secūdo, quia qui dextrū eruere, & prouincere potuit oculum: multo facilius poterit sinistrum. quæ enim in nobis sinistra sunt, iuxta Philosophiam, moueri & irritari potius apta sunt, quam mouere, aut irritare. Sed aliquanto profundius spectata. Dextrum dicit Dominus oculum eruendum: intelligens, in Christiano homine nihil esse sinistrum. Planè Christiani ad dextram sunt statuendi, ideo dextri homines sunt

Math. 10.

Michæ. 7.
Roma. 7.

1. Corin. 9.

4. Regū. 4.

ad Gala. 2.
Ca. 11. 8.

Math. 25.

non

Exodi 20.

Eodem.

1. Cor. 6. &
Galatas. 5.fornicatio
damnata quæ
iure.

non sinistri. Sunt enim Christiani, quos Rachel pulchra sua morte enixa est. Ideo Benjamin, id est filij dextrę nuncupari debent. At in ijs qui dextrij sunt, nihil est leuū. Iuxta Paulū, nihil, inquit, damnationis (id est nihil leuū) est ijs: qui sunt in Christo. Ideo Christus non dicit: si oculus tuus sinister scandalizat, quia videlicet sinister oculus non est in Christiano, si non secundum carnē ambulat. ¶ Dices: num igitur oculus dexter scandalizabit? si enim dexter est, scandalum non gignet? Ita quidem futurū erat: sed hæc est miseria nostra: vt quæ dextra sunt, fieri leua possint. Dextro oculo, dextraq; manu Petrus, Iudeus cum esset, cogebat gentes iudizare. At Paulus hunc oculum eruit à Petro & proiecit. & dextro oculo Corinthij comedebāt idolothita. Sed Paulus idem, oculum illum, factum esse leuū demonstrauit. Si igitur quę sunt dextra, leua fieri solēt: qui stat, videat ne cadat. Nam quod stans cadat, idem est, ac si dextrum redderetur sinistrum: ¶ Grauis nunc se profert dubitatio, si oculus dexter scandalum præbet, & manus: num eruēda sint, & proijcienda? si ad mysticos, vel allegoricos oculos vis recurrere: id facile poteris. Sed non satisfacis, ex integro. Audendum igitur est aliquid. Et primum quidem: si oculus, aut manus dextra, ita scandalizarent: vt scandalum extinguere nequiret, nisi manu aut oculo eruto: profecto, & oculus, & manus erui deberent. At quia scandalum sopiri potest, voluntate & consensu renuēte: ideo manus & oculus in loco suo manere debent. Sed Dominus ostendit: quantum sit periculum ab oculo, aut à manu: siquidē ea iubet discindi, si aliter periculum cessare non posset. Ideo enim & manum à vipera vulneratam abscindimus: quia aliter vulneri succurrere nequimus. ¶ Secundo respondeo, quod ex vsu sanctarum literarum: tūc aliquid eruitur & proijcitur, imo & moritur: cum à sua actione impeditur. Dominus dicit: beatos qui se castrauerunt, propter regnum Dei. Num intelligit beatos qui se excuerunt? minimè. In his enim rursus ardere libido potest. intelligit igitur eos esse beatos: qui virilium vsus sibi interdixerunt. Similiter & Petro dictum est: Petre occide, & manducatum igitur Petrus erat occisurus quadrupedia? absit. Sed quod opera bruta à quadrupedibus erat extirpaturus. Quid moror? an non apertum est oculus mori cum eruitur? Cum igitur Paulus dicit, mortificate membra vestra quæ sunt super terram: perinde est, ac si diceret, eruite & proijcite membra vestra. Igitur idē est eruere & mortificare, & ab actiōe remouere. ¶ Sed dubitas. Quorsum Dominus iubet oculum erui, & proijci? an non sat est erui? num ab oculo eruto, & non proiecto, periculum imminere poterit? Respondeo: hoc vno verbo Dominum docuisse multa. Videlicet, & quod eruti oculi reuiuiscere possunt, & iterum scan-

dalizare. Et quod nūquam pijs hominibus quantumuis mortificatis, est pax à suis membris, plenè secūra. Et quod vsus scandalizantis oculi, aut manus nunquam nobis potest esse concessus: sed ita debet à nobis esse dissitus. sicut est oculus erutus & longè proiectus.

Melius est tibi vnum oculum habentem. Quid igitur, erutis oculis homines, & vnum oculum habentes, intrant in cælum? Ita quidem: non solum eruto oculo, & manibus discisis: imo & toto corpore mortificato. Cum enim tota caro concupiscat aduersus spiritum, & tota spiritum scandalizet, necesse est totam mortificare, corrumpere, & morti tradere. Nisi enim granum frumenti mortuum fuerit, afferre fructum non potest. Et Paulus sapienter, licet is inquit, qui foris est homo noster corrumpatur: is qui intus est quotidie renouatur. Et aliquanto supra: itaq; inquit, mors operatur in nobis: & alibi: quotidie morior, per vestrā gloriam fratres. Igitur membra nostra nisi eruta, & proiecta, & mortua, non intrant in cælum.

¶ Sed non est silētio dignum: melius est, inquit, vnum oculum habentem. Non ergo intrat in cælum, nisi qui vnum habet oculum, vnamq; manum, o excelsam doctrinam! Quam rectè Dominus ad Martham: Porro, inquit, vnum est necessarium. Igitur quod vnum est, æternum est, cœlestē est, igitur & vnus oculus, & vna manus esse debet. Quam eleganter sponsus dicit: vulnerasti cor meum, in vno oculorum tuorum. Non ait: vulnerasti me in oculis tuis, sed in vno oculorum. Videlicet: quia alter erutus, & proiectus erat. Et alibi idem sponsus dicit. Pone me vt signaculum super cor tuum, & super brachiū tuum. Non inquit, super brachia, vñ enim brachiū habent viri sancti: sicut & oculum vnum. Videlicet, quia quod volunt, & quod operantur, propter vnum Deum, quem vnice amant, operantur.

Quam vt totum corpus tuum mittatur in gehēnam. Habes igitur lector, quod totū corpus impiorum ruit in infernum. At piorum, non totum corpus in cælum intrat. Non enim intrant in cælum nisi oculis erutis, manu conuulsa. Memor esto quod in cœnam regiam intrauerunt cæci, claudi, debiles. Sed qui integri erant intrare reuerunt. Planè tales intrāt: quales fuerunt: Impij toti erant corpus: toti indulgebant corpori: & ne quid corpori deesset, animam minuebant. Contrapij, nihil aliud meditātur: quàm corpus affligere, minuere, & deponere: vt integer sit spiritus in die Domini nostri.

¶ Quo fit vt in inferno nulla sit corporis pars: quæ non omni tormentorum corporalium genere excrucietur. Id enim est totū corpus proijci in gehēnam. At in cælo, corpora nostra licet integra futura sint in membris: non tamen erunt integra quantum ad suas necessitates: nec enim manducabunt, aut bibent, non nubēt, neq; nubentur.

Math. 22.
1. Corin. 15.
nubentur. Est enim nunc corpus animale: tunc verò spirituale: nunc infirmum, tunc erit in virtute: vt Apostolus habet. Contrà erit in animabus: animæ enim piorum erunt integerrimæ, & integrè omnibus spiritualibus delicijs fruètur. Impiorum verò: erunt imminutæ, nihil enim boni, aut cogitare, aut velle poterunt.

Dictum est quid dimiserit vxorem det ei libellū repudij. Prior hinc dubitatio surgit.

Cur Dominus in lege noua, libelli repudij licentiam abstulit: quam in veteri concesserat? Nec enim minus est necessaria nūc: quàm erat olim. Siquidem, nec minus sint nunc homines infirmi, & imbecilles, quàm tūc. Ad hoc primitus est respondendum: Quòd sine dubio, in lege veteri præcessere viri sanctissimi: quibus si nostros cõferas, non erunt illi multo inferiores. At licet hoc verum esse fateamur: fatemur etiam, statum legis veteris fuisse statum infirmitatis, timoris, & peccati. Contra verò statum legis nouæ, dicimus esse statum roboris, virilitatis, gratiæ, sanctitatis & omnium bonorum. Cum igitur repudium concessum sit Iudeis: vt imbecilibus, apertum est, quòd debuit negari Christianis, vt valentioribus. ¶ Rursus Iudei habuerunt cor lapideum. Christiani habent (ex ipso legis suæ statu) cor carneum. Dictum enim est, auferam à vobis cor lapideum: & dabo vobis cor carneum. Si igitur propter duritiam cordis concedebatur repudium, ea ablata, debuit repudium auferri.

Ezech. 31.

¶ Et quidem Christus reparator fuit innocentia, per Adam perditæ. Cum igitur in paradiso, vnus vni tantum, non duabus sceminis hæssisset, voluit similiter Dominus in statu innocentia reparata, vnum vni tantum hære. Ac ita nullum fore repudio locum. ¶ Est igitur status Christianus: carere criminibus, propter quæ digna sit eijs vxor: aut si ea committat crimina, vult Dominus à viro perferri: quòd si perferre nequeat, eijsiat: modo ne alteram admittat.

Math. 16.

¶ Dices. Non possum vxore reiecta, carnis stimulos perferre. Imo verò ego respondeo, qui hanc condidit legem: de vxore reijcienda, si incorrigibilis sit, is dabit tibi auxilium: quo vim libidinis extundas: dabitq; aquam, quâ ardorem carnis extinguas. Vt enim cum in tribulatione gaudere iussit: se adstrinxit ad opem tribulatis ferendam, quâ exultare possent, si vellent: ita cū ab vxore discedere permisit, præsidia castitatis tuendæ ferè promisit.

Math. 5.

Secunda, & lógè periculosior disputatio est: num causa fornicationis, ita conuix, fornicantem coniugem abijcere possit: vt cum alia nubere queat? Id enim contextus indicat. Quia si dimitti vxor non potest: nisi ob fornicationem: ob eam, dimitti planè poterit. Erasmus vult: ob fornicationem posse vxorem dimitti: & virum innocentem liberum esse, vt aliã ducat, si velit. Idem ferè Caietanus. Idem & Ambrosius, 1. ad Corin. 7. Idem videtur Zacharias papa, vt ha-

Vide Sof. 4^o.

betur cano. concubuiisti. 22. q. 7. Idem videtur Concilium Triburiense: & refertur in ca. Siquis cum nouerca. 32. q. 7. Et quoddam aliud Concilium, quòd refertur cano. quædam cum fratre, eodem. ¶ Sed in contrarium est multiplex Ecclesiæ diffinitio. In primis Apostolus dicit, 1. Corin. 7. vxorem à viro non discedere. Etsi discesserit, manere innuptam. Sed discedere nequit, nisi ob fornicationem. Ergo fornicaria innupta maneat: quia virum habet. Ergo similiter vir eius manere debet: quia vxorẽ habet. Rursus Apostolus ad Rom. 7. mulier viuente viro, alligata est legi viri. Idem habent Apostoli in canonibus. cano. 46. Idem Clemens primus, in cano. Quid in omnibus. 32. q. 7. Et idẽ Gregorius magnus, cano. hi verò, eod. Et Leo papa, cano. qualis. 30. q. 5. Alexander tertius de sponsalib. c. ex parte. Innocentius tertius. c. gaudemus, de Diuortijs. ¶ Idem habet Concilium Elibertanum, cano. fidelis. 32. q. 7. Et Concilium Mileuitanum, ca. placuit, eodem. Cõcilium Tolet. 12. cap. 8. ¶ Idem Augustinus, qui contra Pollentium, (eiusdem cum Erasmo sententiæ) duos edidit libros. Idem Hierony. in Epitaphio Fabiolæ ad Oceanum, & in Epist. ad Damasum. ¶ In quàm sententiam omnes doctores consentienter inclinant. Et meritò quidem. Si enim matrimonij vinculum, propter fornicationem omnino ruperetur: nullus esset coniux, qui vbi coniugem vellet repudiare: illico non fornicaretur. Videlicet paratum hac ratione habes remedium vt à coniuge dimitteretur. Quòd vt esset omnia matrimonia dissolueret: ita esset via ad multas fornicationes perpetrandas. ¶ Canones contrarios, suæ soluunt glossæ.

Iterum Audistis quia.

¶ Vi texum hunc legit attente, credere poterat: iuramentum nullatenus licere. Ita enim verba, prima fronte designant. At vel hinc colligere licet: quàm sit necesse verbis Euãgelij, sensum ecclesiæ copulare: vt ex textu euãgelico, & sensu ecclesiastico, germana veritas oriatur. Colligere etiam est: parum esse auctoritatis Ecclesiam, & Euangelium. Siquidem Euãgelium non ligat: nisi vt tradit Ecclesia. Igitur iuxta Ecclesiæ traditionem: iurare licet, si sit iusta, verà & honesta causa iurandi. Ita decreuit Innocentius in cap. Et si Christus, de iure iurando. Idem decreuit Concilium Tolet. 8. & habetur. 22. q. 1. can. Omne quod. Vbi dicitur: pro federe pacis faciundo, Sacramenti ligamen admittitur. Idem & Augustinus: cuius verba referuntur in ca. non est contra. præceptū. 22. q. 1. In qua quæstione multa capitula referuntur, ex Augustino, ad hoc probandum, & etiam ex Isidoro. Et tandem dicere: quòd nunquam iurare liceat, heresis est: damnata contra Ioãnem Hus, in Cõcilio Constantien. Sess. 8. cap. 43. Et est manifestum: multa concilia expectasse iuramentum. Vt in eodem

in eodem Concilio Constan. & Ephesino monstratur. ¶ Totum dubium est: an liceat iurare per Deum, an per creaturas. Et quidem Hieronymus planè dixit Dominum prohibuisse iuramentum per creaturas, non verò per creatorè. Quòd habetur etiam in. c. etsi Christus, de iure iurando. Nec displicuit hæc sententia Christiano Druthmato: si rectè expendatur. Imo nec Gratiano, referenti, nec respicienti verba Hieronymi, in ca. Considera. 22. q. 1. At verò in contrariū apparet esse D. Iacobus: qui vt Christi interpret, dicit. Ante omnia fratres mei, nolite iurare, neq; per cælum, neq; per terram, nec quodcūq; aliud iuramentum: sed sit sermo vester est, est, non nò: ne sub iudicio cadatis. Vides apertè omne iuramētum, siue per creaturas, siue per creatorem à Iacobo prohiberi. Cum igitur iurandum est: per creaturas, & per creatorem iurare licebit: cum verò non est iurandum, non iurabimus per creaturas aut creatorem. Siquidem, ex littera huius Euangelij: qui per creaturas iurat, per creatorem se iurasse, intelligere debet. Dicit enim, quòd cælū thronus Dei est: Et Math. 23. expresse habetur, qui iurat in cælo, iurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum. Est igitur par religio iuramenti: per Deum, aut creaturas. Cum enim nullus Christianus iuret per creaturas, credēdo eas esse Deos, (id enim idololatria esset) fit, vt cum per eas iurat, iuret per eum qui in illis est. Quare ita obligatur iuramento per creaturas, vt per creatorem: vt etiam Innocentius agnouit in cap. etsi Christus, citato.

¶ Reliquū est videre, si nò semper malū est iurare: quādo erit bonū? Respondet Ieremias, c. 4. iurabis (inquit) viuit Dominus in veritate, iustitia, & iudicio. Primum ergo quòd requirit licitum iuramentum est: quòd qui iurat, iuret verum: & quòd ipse nouerit verum esse quod iurat. Secundum quod requirit est: vt sit iustum, neminique noxium. Habetur enim in iure: quòd iuramentum contra bonos mores, non obligat. de regulis iuris, reg. 58. & de iureiurādo c. quāto, & ca. 1. lib. 6. eodem titulo. Vnde qui duo iuramēta iurauit sibi pugnancia: illud seruabit quòd iustum est, reliquo reiecto. Vt habetur cap. tua nos, & cap. sicut ex litteris, de iureiurando. At qui iurauit ex metu, seruabit iuramētum, donec à Prelato rescindatur. Equum enim est, vt rescindatur, vt habetur in cap. Si uerò, eodem. & idem dicendum de eo qui iurauit soluere vsuram: seruabit vsque ad rescisionem. Vt habetur ca. 1. eodem. At iuramentum vires obligandi nò habet, si ad malum faciendum factum est: vel ad bonū non faciendum: vel ad bonum minus faciendū, si maius facere velis. Nam qui iurauit daturum se pauperi argenteum numum, satis seruat, si det illi vestem, quæ multo est melior. Tertiū quòd requirit iuramentum est, vt fiat in iudicio. Quòd vocabulum, non significat iudeis prudentiam: sed tribunal iudicis. Quo colligi videtur illud

Vide. 22. q. 4. f. c. p. tota.

ferè esse iuramentum licitum, quòd ad iudicis tribunal fit. Vbi & iudicis reuerentia, & temporis spacium, & falsitatis redargutio, cautum reddere debent iurantem. Video Paulum extra iudicium iurasse, sed id effecit, Deo instigante, vt discipulos ea ratione sibi conciliaret. Hactenus de preludijs, iā nunc exponamus textum.

Dictum est non peierabis, reddes autem Domino iuramenta tua. Arbitror lesum esse, nunquam falsum iurabis. Si quid verò iuramēto promiseris, id Deo reddes. Duplex enim est iuramentum: assertorium, & promissorium. Ad assertorium referri debet primum membrum. s. nò peierabis: ad promissorium, refertur secundum. Vbi aduertēter dicit: reddes Deo iuramēta tua: & nò dixit, reddes proximo iuramenta tua. Vt significaretur: tunc proximis iurata reddi deberet: si ita proximo reddantur, vt Deo reddita videri possint. Si enim malè proximo promisi, nò adstringor reddere: quia quod malum est, Deo reddi non potest: & ideo nec est proximo reddendum. Quod si Herodes aduertisset, non dedisset puellæ Ioānis caput: id enim Deo sine immani sacrilegio offerri nequibat.

Luce. 3.
Math 14.

Ego autem dico vobis non iurare omnino. Diu mecum reputaui: quid causæ fuerit, vt Christus tam plenè, tanquè in vniuersum iuramentum prohibuerit? (excipio cogentem necessitatem), Et prior illa causa est: voluit nos non iurare omnino, ne peieremus, ¶ Sed statim subit interrogatio. Cur hanc particulam, omnino, huic præcepto addidit: non verò alijs præceptis? & responsio est. Quia grauissimum crimen est periurium: ideo grauissimè cauere voluit. Vt enim Nazareis prohibebantur acini vuarum, vucæ, & mustum: ne biberent vinū, quo inebriarentur: ita Christianis prohibetur iuratio, ne peierare contingat. Nullum planè malum Nazareo comedere vuas, & passas & recentes: at ne inde inescaretur ad vini potum: ideo prohibitus est ab illis. Simili planè ratione, de iuramento. ¶ Reliquum est ostendere quā sit peierare graue. Porro peierare est Deum mendacem, & testem mendacij facere. Id verò crimen est grauissimum. Siquidè omnis homo, & omnis creatura, ex se mendax est: quia licet in creatura sit ipsum esse, illud verò esse creature, habet plurimum de nò esse: vbi verò locū non esse habet, deest veritas, & ita est mendacio locus. Cū verò Deus sit totum esse, integrum ac plenissimum esse, nihil habēs admistum de nò esse: totus planè est ipsa veritas. Nihil igitur in Deo mendacij. Iure ergo qui peierat, vt Deū mendacem facit: ita Deum Deū nò esse demonstrat: idè enim est mentiri, & non esse Deum.

Numer. 6.

¶ Secundo, Deus dicit, ego sum via, veritas. Idè affirmat quòd diabolus mendax est, & pater mendacij. & cum mendaciū loquitur, ex proprijs, inquit, loquitur. Quasi dicat diabolus est ipsum mendacium: si igitur, qui peierat Deum

Ioānis. 14.

Ioānis. 8.

g ij mendacem

mendacē facit, Deum in castra diaboli trāsferre cōtendit: veritatem transfugā in mendaciū, asferit. Quid verò est magis horrendum, quā Deum stare ex parte diaboli? ¶ Tertio. Qui peierat, fidem totam subuertit. Fides etenim nostra nō alij nititur columnę: quā quòd Deus dixit, qui prima veritas est: & de quo dicitur in psal. fidelis Dominus in omnibus verbis suis. Si verò tu contenderes Deum posse mētiri, aut testem esse mendacij: planè vides nihil firmitatis in Christiana fide remanere. Cum verò fides sit initium nostrę salutis: qui hanc fidem destruit, grauissimam fidelibus iniuriam irrogat. Si ergo qui peierat Deum mendacij testem affert: fit planè vt fidē Fidei auferat, nostręq; religionis totum robur eneruet. ¶ Ostendi hactenus periurij grauitatem, & ita me ostendisse arbitror, cur Dominus tam efficaciter iurare vetuerit. Nondum tamen conuiescit animus, vidēs Dominum nō solum periurium, sed & iuramentum reiecisse. Cur igitur sancti illi priores tam frequēs illud habebāt in ore, viuit Dominus? Dices quia sancti erant, ideo illis id licebat. At certè Apostolus omnes Christianos sanctos vocat. Cur igitur his negatur, quod erat illis concessum? ¶ Huic ego respondeo. Primum, necessariam consequtionem ferè esse, legis nouę, & ablati iuramenti. Itaq; si lex noua sancitur, meritò sequitur, vt auferatur iuramentum olim concessum. Etenim si olim iuramentum liberè versabatur ab hominibus, causa erat: quia multi erāt impij, erant infirmi, & increduli. Lex enim vetus neminem sanctificare potuit. Siquidem ex se non dabat gratiam: dicit enim Apostolus ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Cum igitur essent homines impij, & quibus meritò esset neganda fides: addebant iusiurandum, vt credere sibi mutuo possent. At cum lex nostra, lex sit amoris, & gratię: faciatq; ex se homines Deo dilectos, & vocatos sanctos, necessario fit: vt auferat iuramēta, quę ppter impietate erāt introducta. Habes igitur clarā cōnexionē inter legē nouam, & iuramenti ablationem. Lex enim noua ex se fecit homines fratres, in vno spiritu potatos, in vno corpore edificatos. Loquimini igitur veritatem, quia estis inuicem membra. At turpissimum, est membrum membro mentiri. Vbi igitur mendacium relegatum est, iuramentum necessarium non est. ¶ Rursum lex noua ex se reparauit homines in statum innocentię, è quo lapsi erant. Exhibuit enim Christus sibi sponsam, non habentem maculam, aut rugam: vt in paradiso erat. Vt igitur non iurassent homines in paradiso, (siquidem in illo nullum erat malum culpę aut pœnę, propter quod iuramentum introductum fuit) ita nec iurare debent in noua lege. Igitur iniuriam nouę legi irrogat qui spontè iurat: aut qui spontè fratrem iurare compellit. ¶ Illud secundo aduerte. Ante Christum, nomē

Dei vix erat hominibus notum. Notus enim in Iudęa Deus, & in Israel magnum nomen eius. At in Israel pauci admodum Diuinitatis maiestatem, nominisq; diuini splendorem agnoscebant. Venit Christus, & vt ipse dicit, manifestaui, inquit, nomē tuum hominibus, ego te clarificaui super terram: Igitur Christus Deum, nomēq; Dei manifestauit orbi: & velut face accensa, quę erant in tenebris illustrauit. Quo factum est, vt homines intelligerent infinitatem Dei, eamq; reuerentiam: & adorationem, quā tantę celsitudini debent. Iccirco pcepit ne summam Dei maiestatem passim aduocarent in testem: sicut nec terrenos reges quiuis in quoduis negocium, ad iusiurandum adigeret.

¶ Hunc Christi scopum intellexit Ecclesia: cum à sanctitate iuramenti procul indignos abegit. iussit enim ne stulti iurarent. Vt habetur. 15. q. 1. Rursum iussit ne qui essent impubes iurassent, vt habetur. 22. q. 5. Et Cornelius papa pcepit, ne iurarent qui nō essent ieiuni. Vt etiam ibi habetur. ¶ Addamus tertium. Cū lex vetus cultoribus suis bona terrę promitteret: non poterant, homines non magni pendere temporalia bona (vt quę virtuti, tanquam pemia proponerentur) nihil igitur mirabile: si pro his aut cōparandis, aut cōseruandis iurarent. Porro, cū lex noua omnia hęc, vt stercora reputet, & in nullo, alio nisi in Christi cruce gloriari velit: necesse est, vt pro vilissimę comprobationem spontè conferre. ¶ Demum illud quartum assume. Cogitationes, inquit, mortalium timidę: & incertę prouidentię nostrę. Sunt equidem plerāq; humana incerta: quę velut certissima reputāt multi. Ideo Paulus ait, nolite ante tempus iudicare: donec veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium: quasi diceret. Res humanę absconditę sunt, & velut in tenebris. Ideo de eis facilè iudicet nemo. Si igitur multa sunt, quę quidem nobis certa videntur, sunt tamen in semetipsis nimis incerta: quis audebit iurare, vbi tanta est rerū obscuritas? meritò ergo Christus, (nisi vbi necessitas cogit) iuramenta reiecit.

¶ Gratium mihi est hoc quintum ad scribere. Per Christum, nomen hominum honorabile factū est Deo. Habetur enim in psalm. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo. Si igitur Deus nomen nostrum honorat: dignum est, vt nos honoremus & suum. Si ille adeo magnificauit nos, vt propter nos se deijceret: indignum est, vt nos propter nostra, eum deijciamus. Exaltauit nos ille, exaltemus nos illum.

Neque periculum, quia sedes Dei est. Hęc verba iudicio meo, hunc habent sensum.

Psal. 144.

3. Regū. 17. 28.

Ephes. Phil. 1. pp. Colos. 1. 1.

Roma. 5. Hebr. 6. 10.

Galat. 2.

Ephes. 1.

Roma. 12. Ephes. 4.

Ephes. 5.

Psal. 75

Ioānis. 17.

ca merito. ca. paruuli, & cap. pueri. c. honestū.

Philip. 3.

Galat. 6.

Sapient. 9.

1. Cor. 4.

Psal. 71.

sum. Volo, inquit Christus, Christianos meos, nullatenus per Deum iurare: imo neque per cœlos aut terram, aut Ierosolyma, aut caput suū. Siquidem in his omnibus est Deus. Et qui per hæc iurat, per Deum iurare se sciat. Si igitur per Deum iurare prohibui, itidem per creaturas iuramenta prohibeo.

¶ At suspensum me tenent sacra hæc verba: Cur Dominus dicit: iurare prohibeo per cœlum, terram, &c. Cur non dixit per angelos, per solem aut lunam? Attende, te rogo lector. Per hæc verba Dominus significauit, Deum (ad sensum nostrum) habere pedes, tibias, & fœmora: habere etiam reliquum corpus. Pedes quidem super terram, tibias, a terris ad cœlum: fœmora in cœlo, sicut in throno: corpus verò super cœlum. Iuxta illud, cœlum mihi sedes est: terra scabellum pedum meorum. Cum igitur prohibuit iurare per cœlum, in quo Deus sedet, & per terram cui eius pedes nituntur: planissimè per totum mundum iurare prohibuit. Si enim per terram non est iurandum, quia ei hærent pedes diuini: igitur neque per aërè, aut aquã, aut reliqua alia (quæ sunt inter cœlum & terram) iurandum erit: siquidem in eis sunt fœmora & tibie Diuinæ. Etsi per cœlum non est iurandum, quia ibi sedet Deus: igitur neq; per angelos iurandum erit: quia inter eos adest corpus Dei. Cum igitur maiestas Diuina nihil non impleat: fit, vt per nihil iurare possimus, si non iurare compellimur. ¶ Dices Si Dominus vetas iuramentum per cœlum, & terram vetauit etiam iurare per omnia reliqua, cur addidit. Ne iures per Hierosolymam, aut per caput? Respondeo, quòd trina est machina rerum: iuxta quod res sunt triplices. Sunt enim res naturales, in quibus Deus habitat naturaliter. Sunt res sacramentales, in quibus sacramentaliter existit. Sunt res spirituales: in quibus inhabitat per gratiam (quam Theologi iustificantem vocat.) In toto orbe est Deus naturaliter. In templo & Sacramentis eius, est sacramentaliter. In homine pio, habitat per gratiam modo Diuino, & super omnem naturam: proximè accedendo, ad eum modum, quo verbū Dei habitat in assumpta humanitate. Igitur cum Dominus prohibuit iurare per cœlum, & terram, consequenter prohibuit iurare per ea omnia in quibus Deus naturaliter existit. Cum verò iuramentum per Ierosolymam abstulit, abstulit similiter iuramentum, per omnia sacramentalia, in quibus sacramentaliter Deus inuenitur. Cum demum per caput Christianorum (ad eos enim verba dirigebat) iurare prohibuit, prohibuit etiam iuramentum per ea omnia in quibus gratiosè Deus inhabitat. Primo loco prohibet iurare per angelos (quatenus res sunt naturales) per solem, lunam, & astra: & quicquid hoc orbe comprehenditur. Secundo loco prohibet iurare per sanctā ciuitatem, templū, altare, vasa sacra: & reliqua,

quæ ad mundum sacramentalè spectant. Tertio loco prohibet iurare per vitam, animam, salutè, conscientiam, saluationem, & reliqua: quæ ad mundum hominis sancti pertinere videntur. Doctissimè igitur, Christus qui dixit: volo vos non iurare omnino, omnia iurameta expressit, quæ omnia volebat esse reiecta.

¶ Non te lector pigeat hoc vnum audire. Psalmus dicit, adorate scabellum pedum eius: quia sanctum est. Si terra, quia scabellum est pedum Dei sanctum est, & adorari debet: quāto potius cœlum, quia sedes est Dei: de quo dicitur: Cœlū cœli Domino: terram autem, dedit filiis hominū. Dedit verò terram filiis hominum: non vt per eam iurent, sed vt custodiāt iustificationes Dei & legem eius exquirant. Iam in sancta ciuitate Deus est. Ita enim habetur in psal. Hic est Deus Deus noster, in æternum & in seculum seculi. Demum caput hominis Christus est, sicut & caput Christi Deus. Sunt igitur terra, cœlum, Ierosolyma, & p̄um caput, res plenè diuinitate. Porrò res Diuinitate plenas in falsitatis aut vanitatis testimonium adducere indignum est. Iogè igitur à Christianis.

¶ Sit sermo vester ois est. Sensus est. Quando loquimini, dicite: hoc ita est. Siquis nō credat: idem repetite dicentes: hoc ita est. Nihil iuramenti addentes. Ita si quid negatis, & fides vobis non adhibetur, iterum repetentes, simpliciter negate. Quòd enim iuramenti additis, ad confirmationem, à malo est. Grecè est ab illo malo, id est, diabolo. Excipe causam necessariam iurandi.

Iterum audistis quia.

EX hac lege: Christi Deitatem, eius naturam, eiusq; ingenium atronitus suspicio. Iubet Christus non resistere malo: alteram maxillam obijcere: pallium relinquere: ad duo milia passuum angariari. In his verbis velut in lucentissimo speculo depictam Dei benignitatè intueor. Dei igitur natura est, non resistere malo, alteramq; malam nostris offensionibus obijcere. Quomodo enim iuberet, quod ipse nō faceret? Vt igitur, mundus hic conditus indicat aperte pulchritudinem idealis mundi, qui in mente Diuina consistit: ita verba hæc indicāt quā Dominus non resistat malis, quā obuertat faciem percutiētibus. Igitur cum in sanctorum aliquo vides patientiam, & hilaritatem in malis: memento patientiæ idealis, & hilaritatis Diuinæ, quā in malis nostris ostendit. Extēde præcor, oculos ad culpas, & mala: quæ in toto orbe sūt. Quid videbis aliud in infidelibus, quā vicia & errores? Imo & in his qui fideles sunt, quid ferè videbis, nisi menstruas iustitias? Sunt etiam in fidelib; & in infidelibus opera iusta: sed quanta hæc sunt pars, eorum quæ iniusta sunt? Clamat Dauid omnes declinauerunt, simul inuiciles facti sunt: non est qui faciat bonum. Sunt igitur



ferè malis omnia plena. At his nõ resistit Deus.

Galat. 3. Conclufa sunt omnia sub peccato, non vt vindictam de eis sumat Dominus: sed vt omnium misereatur. Offenditur vbiq; Deus: at ille ita silet: ac si non offenderetur. Ego inquit, tacui, semper filii: aliquando, vt parturiens loquar.

Roma. 11. Et quidem si mater est, quæ ab infirmo filio læsa taceat: multo magis Deus est mater, quæ nostri non obliuiscitur: & pater, qui nos supra humeros suos, quasi pastor errantes oues fert. Ego, inquit ille, feci: ego feram. Ita planè: nemo enim ferre poterat, nisi qui fecisset. Non igitur restitit ille malo: imo vero carnem assumpsit, in quam pœnæ malum irrueret, in quam desquirit, & velut gladius grassaretur. vsq; ad eius intima penetras. Verba sunt Christi, intrauerunt a quæ vsq; ad animam. Et rursus veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me. infixus sum in limo profundi. Et rursus. Ego autem non contradico: retrorsum non abi, &c. Intelligis, quàm verè Dominus non restitit malo? Si id in Christi carne cognoscis: multo magis in eius diuinitate cognosce. Punctum enim est, quod in carne monstratur, ad id collatum quod in Deitate subsistit, Quantùm videlicet deitas distat à carne.

Isaic. 42. ¶ Non verò erit iniucundum, si doceamus: quã verè Dominus obuertat: alteram maxillam, quàm verè relinquat pallium, & ad duo millia angarietur. In primis, nemo est qui nesciat: Christum esse faciem Dei. Ita enim orat Psalteres: ostende faciem tuam, & salui erimus. Et alibi, Deus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, Quia verò quæ imbecilliora sunt ea sinistra sunt: manifestum est: quòd humanitas Christi facies sit Dei sinistra: ac ita eius Diuinitas facies erit dextra. Hoc igitur est Diuinitatis ingenium: vt cum omnes nos offenderimus Christi Diuinitatem, id est, dextram Dei maxillam, ipse Deus obuertit nobis suam sinistram, id est, Christi humanitatem: quàm reuera gentes, & Iudæi percusserunt, & opprobrijs satiauerunt.

Isaic. 49. ¶ Nota. Verbum Dei, Diuinaq; sapientia gloriatur, se suas cum filijs hominum habere delicias: quo manifestum est, peccata nostra quadam ratione, peculiariter offendimus: in quo peculiare optare habere delicias. Fit igitur manifestè, vt cum Deum offendimus, peculiariter Dei verbum offendamus: ac ideò dextram Dei faciem lædamus. Quòd si ita Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret: qui ab hominibus percuteretur: & in quo Pater nostras posuerit iniquitates: planè fit vt percussus in dextra maxilla Deus, obuertit & sinistram, quam mortalium demoniaca audacia alapis cedere non timuerit.

Luce. 15. ¶ Audi nunc, quã ratione Deus det Pallium, tunicam ab eo auferenti. Habetur in psal. Confessionem & decorem induisti, amictus lumine

sicut vestimèto. Iam, intelligentem Græcè, psalmus docet: Deum indui confessione, & decore sicut tunica: lumine verò, sicut pallio. Id enim verba græca aperte significant. Cum ergo legis Saulum spirantem minas, & cedes in discipulos Domini: existima, te videre Paulum gloriam, & decorem à Deo auferentem: ac ideo nudante in sua tunica Deum. Cum verò legis, Paulum lumine cœlesti circumfusum, facile intelliges: Deum suum dedisse Paulo pallium. Siquidem pallium Dei lumen est. Fit igitur: vt Paulo auferenti tunicam Dei, Deus pallium luminis sui dederit. Nũ verò, de Paulo solum id verum est? Imo cū nos offendimus Deum, tunicam decoris sui ab eo auferimus: at cum nos ipse conuertit ad se, luminis sui pallio nos vestit. Pallium enim stola illa est, qua Pater filium suum vestiuit: filium suũ, s. prodigum illum qui substantiam Patris (hæc tunica Patris erat) luxuriosè viuendo perdiderat. ¶ Accipe & hoc. Cum peccator ad sacramentum confessionis accedit, Deum sibi contèdēs habere propiciū: ad iudiciũ cum Deo venit: illud enim sacramentum iudicium est. Porro in eo iudicio, peccator tunicam Dei auferre desiderat, id est, decorem & pulchritudinẽ gratiæ, & amoris Diuini, quem antea amiserat. Deus verò iucundè, & amanter, nõ solum amorem & decorem suum tribuit pœnitenti, sed & pallium glorię pollicetur perseueranti.

¶ Reliquum est ostèdere quomodo Deus angarietur. Id verò facile est, intelligenti: quòd Deus est qui portat nos in eo enim viuimus, mouemur, & sumus. Portat verò libenter agnos suos, ouesq; suas. In brachio enim suo leuabit agnos, factas ipse portabit. At iniustos & impios grauatè sustinet: velut angariatus ad immensum peccatorum onus portandũ. Porro qui in iuuenta peccat, Deum angariat ad priores mille passus. Deus verò non subtrahit se: imo fert, nõ solum ad alios mille virilitatis passus: sed ad tertiam vitę partem, id est, ad vltimos mille senij passus. Angariatus ergo ad mille, portat etiam alia duo mille. Non hæc ego fingo, Domini verba sunt. Audite, inquit, me Dominus Iacob: qui portamini ab vtero meo, & gestamini à mea vulua. Vsque ad senectam, ego ipse, & vsque ad canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. An non sonat in auribus tuis hæc verba, quòd Dominus in Euangelio dicit. s. ego angariabor à vobis in iuuenta. Angariabor etiam vsque ad senectam, & vsque ad canos. Nam quòd molestè ferat iniquitates nostras (velut angariatus) verba Dei docet. Præbuiisti, inquit laborem in iniquitatibus tuis. Ego, ego sum qui deleo iniquitates tuas. ¶ Iam quòd petentibus Deus tribuat: facile intelligimus omnes, quibus etiam tribuit nõ petentibus. Siquidem naturalia bona ille liberaliter donat, etiam non rogatus. Quin, & bona gratiæ nõ petentibus cõcedit. Ipsius verba sunt, inuentus sum à non inquirentibus me: palam

Actorũ. 9.

Luce. 15.

Hebr. 5.

Actor. 17.

Isaic. 40.

Isaic. 46.

Isaic. 43.

Isaic. 63.

palam apparui non inuocantibus me. Imo gloriatur Dominus quod det non petenti, & inmerenti: adeo ut donis suis nomen dederit. Gratia: videlicet, que datur non ex meritis, sed ex liberalitate. ¶ Cum verò dona quedam sint gratiæ iustificantis, quedam, que gratis data vocantur: illa dono dantur: hæc verò mutuo accipiuntur. Nec solum mutuatur illa Dominus: sed fenus requirit, ab ijs qui accipiunt. Nota enim illa reprehensio est, qua reprehendit Deus seruum ignauum, dicēs: Oportuit ponere pecuniam meam ad mensam: & ego veniēs, utique cum vsuris exegissem illam. Cum igitur à Deo veniant priora & posteriora dona: aperte fit, quàm Deus libenter & det dono, & det etiam mutuo. Omne enim donum de sursum est. Et infra. Qui dat, & non impropert.

¶ Habes igitur lector Christiane, liberalissimam Dei nostri magnificentiam, & munificentiam. Habes constantissimam patientiam & longanimitatem. Ut facile intelligamus, si eius filij esse cupimus, quàm eius nos naturam conueniat imitari. Nimis demoratus sum Diuinam naturam ex Euangelio de pingēs: reliqua breuius transcurram. Cum lector vides Christum mandasse: ut honorem nostrum contēneremus: nec honorem solum, sed & tunicam, & pallium: nec id solum, sed etiam nos ipsos, ad angariam præberemus: facile intelligis, quàm vili pendat hæc omnia Dominus: que tantum magnificat mundus. o mundi corruptum iudicium: profecto tantum res valet, quantum valere Deus sapiēs dicit: non quantum valere mundus ignorās credit. Planè, quicquid in mundo est: aut est concupiscentia carnis, id est, deliciæ & voluptates. Aut concupiscentia oculorum, id est, diuitiæ. Aut superbia vite, id est, honores. Vide nunc lector, quàm totum mundum Deus contēnat: cum honores, in alapis: diuitias, in relicta tunica, & pallio: delicias, in angariæ patientia contēnere iubet. ¶ Dices, licet hæc contēni iubeat Deus: vix tamen contēnere possum. Contra ego colligo quàm præsentissimum Deus auxilium habeat, quo legem suam seruare volenti, succurrat. Si enim iubet illa contēni, quæ mundus adorat: si iubet fideles suos sacrificare abominationes Ægyptiorum (id est si iubet occidere & reijcere, ea quæ mundus veneratur ut Deos): & ad hoc sacrificium peragendum, nouit vires nostras infirmas esse: planè adstrinxit sese, ut paratus, præsens, & promptus nobis imbecillis adesset: suasque vires annitentibus porrigeret. ¶ Colligo etiam ex his, quàm velit Deus fideles suos attentos esse: habereque gladios suos super fœmora sua: & stare super specula. Quis enim nisi attētissimus, alteram maxillam obuertat, alteram percutienti? Norunt quæ dico, viri sui immemores, quosque cœli cura non tangit. Qui cum percutiuntur, subito accenduntur, inflammantur, percutiunt: tantum

abest, ut alteram maxillam obijciant percussori. Igitur vita Christiana, ut militia est super terram: ita & vigilia est super custodiam. Beatus ergo seruus, quem cum venerit Dominus, inuenerit vigilantem.

¶ Sed antequam hunc locum finiam, libet mirari imbecillitatem nostram: qui resistere non possumus rei omnium infirmissime. Planè D. Dionisij sententia est, quam S. Thomas & omnes docti receperunt, malum nihil esse: malumque non habere vires, neque subsistentiam. & D. Augustinus exponit locum illum Ioannis, sine ipso factum est nihil. Nihil, inquit, id est, peccatū, malum igitur nihil est. Si nihil est, cur nemo huic nihilo resistit? Adeo vires nostræ infra nihilum subsistunt? Adeoque peccatum vires nostras eneruat: ut vbi peccatum semel introierit, ibi viuat & regnet, neque nisi viribus Diuinis regno pellatur.

¶ Dices, fateor mala culpæ nihil esse: at mala pœnæ aliquid sunt, ideoque repellenda. Sed contrarium planè verum est. Siquidem mala pœnæ si aliquid sunt: id quod sunt, bonum sunt, & à Deo sunt. Nec enim malum est in ciuitate quod non fecerit Dominus. Quod si ea quæ mala pœnæ nuncupantur, & in se bona sunt, & à Deo efficiente sunt, & à Christo suscipiente illustrata sunt, amplectanda propterea, & non resistenda sunt. Finiam, si de textu non nihil attigero. Ante cuius explicationem id annotandum est, tria esse tempora iniuriæ. Ante pugnam, in ipsa pugna, & post pugnam.

¶ Ante pugnam: si certus sum, quod aduersarius in ferre mihi malum molitur: dubiū est, an præoccupare illum possim: & tātundem illi mali in ferre, quantum mihi ille irrogare parabat? Si n. certō scio, quod me alia ratiōe defendere ab hominis iniuria non possum, sunt viri doctissimi, qui ita asserant: & contendunt, me præ occidere posse hominem, si euadere eius occisionem, alia via non possum. Sed de hoc non contendo.

¶ In pugna verò hoc certum est: Quod si quis me inuadit, non solum illum ledere possum, quātum ille ledere vult: sed & multo magis. Impugnat me hostis meus: oculum, aut aurē mihi eripere vult, licitum mihi est, non solum illi oculum eruere, sed etiam vitam, ne oculum eruat mihi. Imo si equum furto surripere vult: nec alia possum ratione equum seruare, quàm furem occidendo, licet mihi furem occidere, ne equum meum amittam. Hactenus lector habes iura nature, concedentis mihi: ut maius malum inferam, ne minus malum suscipiam. Plus enim natura innocenti fauet, quàm culpæ obnoxio.

¶ Atqui post pugnam, nullum malum irrogare possum, ei qui mihi malum intulit. Possum tamē à iudice extorquere: ut maius illi malum (ut nocenti) inferat, quàm mihi ille intulit innoxio.

¶ Nam nunc Domini verba diligenter expende. *Porrige, inquit alteram.* Signum ergo est, quod qui

Roman. 4.

Luce. 19.

Jacob. 1.

1. Ioan. 2.

Exod. 8.

Cantic. 3.

Tob. 7.

Abacuc. 2.

Luce. 12.

Ioan. 1.

Roman. 8.

Amos. 3.

Vide sof. de iustitia. 5. q. 1. a. 8. fo 3. Sed no e l. blic. Prodi candum.

si est vult me virga Percute sofo.

primò percusserat, secundo percutere pergebat. Alioqui si cessauerat à verberare, iniquus erat, ad secundum ictum inuitare. Igitur si secundo ferire festinabat, licebat percussio, vt secundam plagam declinaret, non solum repercutere: sed etiam ferientis manum abscindere, si aliter se ab ictu seruare nequibat. Vide igitur, quam moderationem exigit Dominus in tanto conflictu. Vt percussus nec manum abscindat, nec plagam declinet: sed contra, leuam maxillam obijciat.

¶ Vbi nota. Quòd dextra maxilla percussa, dextra ferientis percutitur, palma exteriori: sed sinistra, percutitur manu interiore. Est verò multo apertior iniuria, palma percuti interiore quam exteriori. Hoc igitur vult Dominus: Vt primo percussus, ad omne dedecus sese accingat.

¶ Rursum, si tunica vestis est interior, & pallium exterior: vult Dominus seruum suum, tunica spoliatum, ad maius dedecus esse paratum. Nā viro religioso, & pio: dedecus est nō exiguum, sine tunica & pallio, publica via incedere.

¶ Quòd verò dicit. Vade cum eo alia duo. Vt sint tria miliaria, forsan eum numerum dixit Dominus, vt in memoriam Trinitatis, parati simus, ad has violentias perferendas.

¶ Porro quòd addit, *Volētate mutuari* Scito, hīc esse duo p̄cepta. Alterum est: vt des dono, ei qui sibi donari petit: alterum est vt des mutuo, ei qui mutuum vult. Falluntur ergo vehementissimè doctores qui dicere non verentur: neminem obligari ad donandum, ei qui habet necessitatem: satque esse ei mutuum dare. At contra Dominus, priori p̄cepto donare iubet.

Quòd cum obligat: ad donum, nō ad mutuum obligat. Posterius p̄ceptum est de mutuo. Quòd officiorum magister Christus, sanctissimè stabiluit. Videlicet, quia plus gratiæ frequenter debeo, ei qui mutuo: quam qui dono dat. Et frequenter mutuo recipio: quòd dono recipere, vehementer abhorrerem. Siquidē mutuum accipio à meo equali: donum verò non nisi à meo superiori. Excipio munuscula quædam, quæ inter amicos misitari solent. Demum mutuū ligat me vt soluam: donum, vt ei qui dedit seruiā.

¶ Iam verò quia textus explicatè dicit. *Omni petenti te tribue*: & multi petunt non numos, sed cōsiliū, fauorem, preces, &c. Ideo Dominus, nō solum vult nos nostros exhibere numos: sed & reliqua. ¶ Rursum, cum Dominus dicat, *omni petenti te*: & illa dictio, *te*, referatur ad Christianum, Christi discipulum: fit manifestè, vt sensus sit, *omni petenti à te Christiano*, & pio homine. Ar nemo nisi impudens, petet à viro pio, nisi quæ pietatem deceant. Sicut ab honestissima matrona nemo impunè petet, nisi quæ honestatem sapiant.

Dices hæc p̄cepta esse grauissima. Nec ego diffiteor grauissima esse homini, vicijs assuefacto. At si recolis Christum instituisse Rempublicam Christianam, ex viris contemptori-

bus huius seculi (qui exultent, cum eis maledixerint homines. & cum persecutionem ab hominibus patiantur,) ex pauperibus spiritu: ex mitibus, ex his demum qui dicunt: absit gloriari nisi in cruce: planè percipies, non esse mandatum alienum moribus eorum, qui mandata recipiunt. Si terreni sumus, leges Adam terreni sequemur. Cuius leges sunt, iræ, rixæ, contentiones, ambitiones, &c. At si portauimus imaginem terreni, portemus imaginem cœlestis: vt leges eius sequamur. Videlicet pacem, gaudiū, patientiam, reliqua id genus.

¶ Iam si prudenter expendis: quòd offerre maxillam percutienti, palliumq; spoliati, robur sit animi & potentia: contrā verò, iniuriam ferre non posse, sit animi infirmitas, & impotentia: facile iudicabis hæc mandata viris robustis quadrare. At lex noua virorum est, non puerorū. Lex enim vetus pedagogus noster olim erat, cū pueri eramus & infirmi: at cum venit plenitudo temporis, iustum est vt abijciamus, ea quæ sunt paruuli.

¶ Et reuera gaudentem animam efficit, alteram obtulisse maxillam: & ista ratione aduersarij tui malum in bono vicisse: sicut contrā tristè reddit animam, furori hostili succubuisse: & victum vindicari voluisse.

¶ Item, ex quo mala in Christum penetrarunt, Christi pulchritudinem, (sua malitia depulsa) induerunt, Vt iam qui oculos habet: mala non fugere, sed amplecti concupiscat.

¶ Et demum si ad huc mala dura videntur, id præstat gratia legis nouæ, vt quòd iubet, in nobis efficiat.

Audistis quia dictum est.

STupebam, particula superiore, Diuinæ naturæ patientissimum animum. Nunc verò nec verbis, nec cogitatione assequi possum generosissimum Dei nostri ingeniū, nimiam charitatem, pectus amplissimum, idēq; nobilissimum. Ipse est, qui verè inimicos suos diligit, qui fouet, & amplectitur. Planè verum est, quòd Psalmus inquit, *Odisti omnes qui operantur iniquitatē, perdes omnes qui loquuntur mendaciū*. Virū sanguinum & dolosum abominabitur Dñs. Sed idē ipse qui odit iniquitatē iniquorum, diligit omnia quæ sunt: & nihil odit eorū quæ fecit. Odit igitur culpā, amans naturā. Vt reuera sit, sicut Pater vnice diligēs filiū: licet vnice etiā odio habeat eius iniquitatē. Sic inquit, Deus dilexit mundum: vt filium suum vnigenitum daret. Non poterat maiore dilectionem habere: quā vt filium suum, quem diligit, vt animā suam, mundo præberet. At mundus inimicus, & iniquus erat. Nā Apostolus dicit, *cōmēdat charitatē suam Deus, quia cum peccatores essemus: Christus pro nobis mortuus est*. Si enim cū inimici essemus, reconciliati sumus Deo per mortem filij eius, &c.

Et alibi

Math. 5.

Galat. 6.

Galat. 5.

1. Cor. 13.

Galat. 5.

Galat. 3.

Galat. 4.

Roma. 7.

Ephes. 2.

Psal. 5.

Sap. 11.

Ioānis. 3.

Roma. 5.

*si quis te per
cusserit in
dexteram ma
xillam.*

*in dext. su.
mutuo dare
in extrema
necessitate*

Eph. 2. Et alibi, Deus qui diues est in misericordia propter nimiam charitatem quâ dilexit nos, etiam cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christo.

¶ Tantæ Deus est misericordiæ, & tam potēs est in dilectione: vt in suos inimicos velut gloriatur eam effundere, ac velut gestiat eos beneficiis onerare. Ex qua consideratione multa perspicere licet. Primum intelliges lector causam: quâ infideles, nostræ fidei hostes, bonis terræ fruuntur, bonorum adipe gaudent, letantur, vincunt, atque triumphant. Videlicet gaudet Dominus in hos suos inimicos, vim suæ dilectionis asserere. Cùm contra fideles iaceant, velut abiecti, & despecti, ab eo qui eos amat ardentem. Refert hæc Psalmus dolēter satis. Quam bonus Israël Deus his, qui recto sunt corde.

Psal. 72. At licet ipse bonus sit, ego, inquit, vehementer turbor, pacem peccatorum videns. Videntur illi nunquam morituri: nunquam mors eorum pulsat fores: imo nec plaga valuas eorum audet intrare: aut si intrat, non est firmitermentum: leuius transit, & abit. In labore hominum non inueniuntur, &cæt. Alio loco Psaltes dicit: Erue me de manu filiorum alienorum: horum filij sunt sicut plantationes nouellæ. Eorum filie sunt ornatæ, vt templa ornari solent. Eorum promptuaria omnibus sunt bonis referta. eorum armenta crassa & fœcunda. Eorum domus nunquam ruunt. eorum pax nunquam clamore turbatur. Habes lector quàm verè pergat Dominus inimicos suos diligere, & beneficiis infarcire. Lege nunc dilectos Dei, Abraham, Isaac, Iacob, Dauidem, & reliquos. Vix offam panis dulcem comedebant, nisi felleo amaro confectam.

¶ Imò non solum Deus suum explicat in infideles amorem: sed & in peccatores exerit, aliquanto quàm in sibi dilectos apertius. Solem quidem suum producit in bonos & malos: sed mali magis hoc sole fruuntur. Cùm enim ferè diuites sint, magis illis commodat Sol, quàm pauperibus. Sole gaudet pius pauper solus: at eodem plus gaudet malus diues. eo enim ipse sui serui, vineæ, agri, & pecora gaudent.

¶ Intellige & aliud, quod mecum ego sæpius cogitavi. Video Paulum tantopere exaltatum: Magdalená, Latronem illum: qui in cruce cum Domino pependit: effudit in hos opes suas Dominus. Imò verò, vt Petrum exaltaret, prius cadere permisit. videlicet, vt hanc sibi gloriam diuina dilectio compararet: quod eos exaltat altius, qui lapsi erant fœdus. Ostendit hoc Paulus dicens: Christus venit peccatores saluos facere: at inter eos ego primus sum. Dominus inquit: Non veni vocare iustos, sed peccatores. Et Pater ille pius nihil ferè amoris ostenderat filio natu maiori: cùm tamen totas amoris vires in prodigum explicaret. An non fortissima est Dei nostri dilectio: attingens à fine ad finem

fortiter? Procedit enim à cælo ad terram, id est, à pijs hominibus ad impios. Quàm eleganter hoc dictum est in Psalmo: Inimici Domini mentiti sunt ei, & erit tempus eorū in secula: at Dominus cibauit eos, ex adipe frumenti, & de petra, melle satiauit eos. Cùm tamen forsam amicis frumentū, adipē, aut mel non dederit de petra: sed panes ordeaceos, & pauculos pisciculos.

¶ Et hoc etiam intellige: Non venit Christus saluum facere mundum, statim ac conditus est mundus. Cur ita? Cur expectauit tantum annorum numerum? Certè expectauit, donec concluderet omnia sub incredulitate, & tunc omnium miseretur. Itaque tunc fuit miserendi tempus: cum omnes erant peccatores, & inimici. Cùm scilicet permiserat Deus, neminem ferè esse non peccatorem: Omnes enim declinauerant: non erat qui faceret bonum. vix erant vnus: aut certè pauculi quidam. Habes igitur diuinam voluntatem, vehementer cupientē tunc amoris sui flammam proferre, cum minus homines digni sunt, qui amentur.

¶ Dices forsam: cur Dominus vult, quod tunc superabundet gratia, cum abundat iniquitas? Cur non potius effundit iram in gentes, quæ eū non nouerunt: & qui eius nomen non inuocauerunt? Cur non ostendit diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ? Ad hoc plana est responsio: prima quidem: vt vel hac ratione, inimicos suos ad amicitiam prouocet: & ex iniquitate reuocet. Eleganter Paulus: Deus inquit dimisit omnes generationes ingredi vias suas: non sine testimonio tamen semetipsum reliquit, benefaciens de cælo: dans pluuias, & tempora fructifera, implens cibo, & letitia corda eorum. Quasi dicat, premitit quidem Deus peccare: sed non se relinquit sine testimonio & sine beneficiis, is qui peccant impensis. Hac enim ratione ad meliorem mentem conatur illos reducere. Et Psalmus inquit: Multi dicunt: quis ostendit nobis bona? Respondet Dauid: Signatum est in cordibus nostris lumen vultus tui, quo cognoscamus te. Quod verò est illud Dauid? Certè quia dedisti letitiam in corde meo, & quia à fructu frumenti, vini & olei multiplicati & ditati sumus. An non hoc satis abundans testimonium est Dei, benefactoris omnium vt vel sic ametur, qui sic amat?

¶ Altera etiam ratio est: vt Sapientia iustificetur à filiis suis. vnica enim hæc ratio sufficeret hominem condemnare ad extremas pœnas inferni: quod amatorem & benefactorem, talem, tantum, Deum scilicet, tam obstinatè cōtempserit.

¶ Tertia ratio: quâ iam diximus hæc est, vt robur ac firmitatem sui erga homines amoris ostendat. nec enim est amor Dei, sicut vilis amor nostrer: qui prima quaq; occasiuncula, prima quaq; offensiuncula, statim tepescit, labascit, & perit. Non ita Deus, licet enim irascatur nostro pe-

Psal 80.

Ioan. 5.

Roma. 9.

Psal. 13.

Roma. 2.

Roma 3.

Psal. 78.

Roma. 9.

Act. 14.

Psal. 4.

Ierem. 3.

Psal. 13.

cato, nihil tamen odit, eorum que fecit.

Sapient. 11.

Diligite *igitur inimicos vestros: benefacite eis qui persequuntur vos.* Cur ita Dñe

Deus noster? Certe vt ex inimicis amicos faciat. Ex impijs pios & ex turba, ad sanam mentem reducat. Expende precor te lector totam rerum machinam, & inuenies. nihil aliud res mundi contendere, quam ex inimicis suis, amicos facere. Quid aliud vorax flamma conatur: quam viridia & sibi aduersantia ligna, in sui naturam convertere, sibi copulare, & secum vnum efficere? Quid contendunt arbores cum succum terre fugunt: quam ex terra sibi contraria, terram facere meliorem: in naturam scilicet arboris conuersam? Quid aliud Sol, quam tenebras lucis beneficio dissipare, lumenq; caliganti mundo inuehere? Si igitur omnes res temporales ita conantur pugnantem secum corrumpere qualitates: vt contrarietas omnis soluatur: quanto potius vir pius (qui est velut Sal, & Sol,) beneficiorum suorum luce, debet inimicorum tenebras depellere: vt videlicet ex inimico faciat amicū? Quod si attollis oculos: videbis nihil aliud Deum, & Angelos meditari: quam ad salutem & pœnitentiam peccatores prouocare. Si igitur tu in Angelorum, imo & Dei ipsius, confortium vocatus es, ad officium illorum te para. Vt beneficijs tuis ad pœnitentiam reuoces eos, qui tibi inimicantur.

Math. 4.

2. Petri. 2.

¶ Iam tantopere infœlix est casus inimici tui in peccatum tam est misera conditio aduersarij tui in peccato iacentis: vt vel hoc vnum debeat tibi lachrymas misericordie excutere, stimulosque addere: vt quacunque potueris arte, vel ope, erigas fratrem in cœno iacentem, liberetque a morte, cum qui iam in inferni faucibus est. Si enim asinum inimici sub onere iacentem, lex antiqua subleuare iubebat: quanto magis, animam sub talento plumbi, id est onere peccati iacentem?

Exod. 23.

Zacha. 5.

¶ Quod si nihil aliud vir Christianus vehementius optat, quam fieri voluntatem Dei, eius regnum venire: regnum verò diaboli & peccati perire: planè beneficijs inimicum suum obruet: quo victoriam de illo referat: auferens eum à regno diaboli, regnoque reddens Dei.

Math. 6.

¶ Demum: natura nostra est, quæ inimicū odit: gratia (vt à Deo profecta, vt à Christo comparata,) eundem inimicum diligit. Cur ergo nos Christiani, tantam gratiæ irrogamus iniuriam, tamque nostra culpa eneruam efficimus: vt nos nō posse inimicos nostros diligere asseueremus? Si Christianum nomen habemus, & legem gratiæ profiteamur, ingenium gratiæ exeramus.

Hebræ. 12.

Etcertè qui persecutores suos odit, non maxime distat, quin & Deū etiā odiat. Cū. n. nullum recipiat Pater æternus filium, quē non castiget: imo quem non mortificet: si odimus eos à quibus damna recipimus, facile fiet vt Deum odiamus: intelligentes nullum nobis ab aliquo

venire malum, quod non inferat Deus. Dictum enim est, non est malum in platea quod non fecerit Dominus. Quod si diuina te deterret maiestas, ne in eum odij spiculum iacias: eadem te deterreat: ne in fratres tuos animum odientem conuertas. Idem enim est Deus qui dixit: Quod vni ex minimis fecistis, mihi fecistis. Amos. 2. Math. 25.

Benefacite *eis qui oderunt vos* Primū hoc erit factu facile: si intelligamus: quod cum beneficium inimico impendimus, non solū illi, sed Deo: imo verò nobis, impendimus. Imo forsā multo maiorem coronam pariet mihi beneficium quod inimico dedi, quam si Deo, aut mihi didissem. Vt enim dem Deo, nō magna charitas requiritur. Vt mihi dem nulla exigitur charitas. At vt dem inimico, charitas multa in pectore debet ardere. Porrò iuxta modum charitatis, erit & coronarum gloria. Math. 25.

¶ Secundò erit facile factu, si expēdamus: quod si proximo mihi aduersanti beneficus fuero, cōmodum meum perago. Siquidem, si illum irrito: persequi me perget. si verò offam panis in os illius inicio, à persecutione cessabit. Dignum ergo est, vt beneficia etiam nolenti obtrudam: vt vel hac vnica ratione mihi incommodare desistat.

¶ Tertiò accēdemur ad benefaciendū inimicis: vbi aduerterimus, quod qui pro inimicis orat, quique inimicos diligit, & fouet, spectaculum est, mundo, Angelis, & hominibus. Spectat Deus, spectant Angeli, stupet mundus, attoniti redduntur homines: cum vident Christianum reddentem non malum pro malo: sed bonum pro malo. Ita Apostolus: Spectaculum facti sumus mundo, Angelis, hominibus. Cur? Quia vsq; in hanc horam esurimus, sitimus, colaphis cedimur, maledicimur, & benedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: blasphemamur, & obsecramus. Meritissimè hæc Paulus. Siquidem supra omnem naturam est, quod maledicti, afflicti, & blasphemis profecti: obsecremus. 1. Cori. 4.

¶ Et quidem multorum habemus prophana exēpla: qui malefactoribus beneficia reddiderunt: quæ Sabellicus lib. 5. de memorabilibus factis, tradit. Vbi Cæsarem Iulium, Augustum, Vespasianū, & Titum hac laude coronat. At Christus maiora requirit. non enim solum beneficas manus: sed quod grandius est, diligentem exigit voluntatem. diligite inquit inimicos vestros. Sed gētilium exempla id vtilitatis habent: quod ori nostro pudorem, & ruborem infundunt: dum ab illis, quibus præceptum non erat, videmus factum, quod à nobis: quibus tanto rerum & verborum pondere præcipitur, manifestè videtur neglectum. Et planè sicut ducum professio est militaris disciplina: & agriculturalum est terram aratro sulcare: ita est & Christianorum inimicos diligere, pro malefactoribus beneficia prestare. &c.

Vt sitis

Vt sitis *filij Patris.* O mortales, quorum pe-
ctora honoris ambitio, & diuitiarum
vexat cupiditas, accurrite. En via summi honoris
cōparandi en immensarū diuitiarū habendi ra-
tio plana profertur. Si inimicos diligitis, filij
estis Dei: Summus est honor: Summæ diuitiæ.
cur vester non in ardeat animus ad hæc excel-
sa querenda? Cur ad honorem, qui vos paupe-
res facit aspiratis: ad eum verò, cui sunt regni
cœlestis iura connexa, languetis? Honorem
ymbratilem quæritis: eum qui verè verus est re-
spuitis.

¶ Ego quidem non memini quo loco Christus
vocauerit filios Dei, nisi hoc nam supra dixit:
filij Dei vocabuntur, ij qui pacifici sunt. At in
hoc loco, vt sitis inquit filij Patris vestri. Planè
per spiritum, quem piis dedit, filios eos effecit.
Ex parte igitur Dei, filij sumus: si non ex san-
guinibus, neq; ex voluntate carnis, sed ex Deo
nati sumus. at ex parte nostra, id vnicè, vel ma-
ximè requiritur (vt filij Dei persistamus,) quod
inimicos diligamus. Itaq; non esset Deus, si di-
lectionem non haberet ad eò latam: vt inimicos
etiam diligeret: ita non sumus filij Dei, si dile-
ctionem non habemus, quæ se etiam ad inimicos
extendat. ¶ Reuera, fortis est vt mors dilectio.
vt enim mors ex equo se impedit suis amicis, &
inimicis: iis videlicet qui eam diligunt, & qui
odiunt: ita & tunc fortis est dilectio cum a qua
lance amicos pendit, & inimicos. & sicut aquæ
multè extinguere nequeunt charitatem. ita tunc
charitas vera est, & non ficta: cum inimicitiarum
flumina, eà subruere nō valent. Videlicet, quia
neq; peccatorum flumina, quæ per totum mun-
dum magno impetu currebant, diuinam dilectio-
nem labefactare potuerunt, quo minus suum no-
bis desideratum mitteret filium: & quo minus
nunc abundanter sua mundo bona largiatur.

¶ Silere piget locum illum nobilem, qui verbis
adductis adnectitur: fortis, inquit, vt mors dile-
ctio, dura sicut infernus æmulatio seu zeloty-
pia. ô blandissimum Dei erga homines affectum.
Pone, inquit ad Ecclesiã Dominus, pone me, vt
signaculum super cor, & brachium tuum: vt ni-
hil aliud corde diligas, aut opere quæras: quam
me amatorem tuum, qui te tam forti dilectione
complector, vt mors mortales complectitur.
Quique zelotes tuus sum. Zelotypus sum in te.
(O rex, & quid in nobis inuenisti, quod amare
posses, aut zelari?) Sed pergit ipse. Sicut infer-
nus torquet eos quos recepit: ita zelus hic me
meus torquet. Audi rem incredibile, veram ta-
men. Si Deus torqueri posset, & affligi amore &
zelo nostro torqueretur. Quod si non credis, en
tibi profero Christum: qui est Dei substantialis
imago, in quo scilicet omnes affectus paterni ad
vium sunt expressi. Ille verò dicit. Ignem veni
mittere in terram, quam volo vt ardeat: baptis-
mo habeo baptizari, & quomodo coarctor, do-
nec fiat, arctabatur igitur Dominus: & ignis in

se flammam sentiebat scilicet, nostrum amorē, &
zelum. An non eius vox est, zelus domus tuæ
comedit me? An non Paulus habens spiritum
Christi, dicebat: æmulor vos Dei æmulatione,
despondi vos vni viro. diserucior: nisi virginem
castam, (animam vestram) exhibeatis Christo.
Si Paulus, Si Christus zelantur: quid miraris si
zelatur & ipse Deus?

Qui solem *suum.* Non meminit Dominus
eorum beneficiorum: quæ ge-
neralia sunt, & velut stata, & necessaria. Planè
beneficia sunt, quòd super terram ambulemus:
quòd aqua potemur: quòd aërem respiremus:
igne calefcamus: cœloq; tegamur. Sed beneficia
hec, (vt certa, vt quæ nunquam desunt,) mor-
taliū non reputat animus. At solis & pluuiæ
beneficium, id vt summum estimatur. non qui-
dem estimamus solis præcisè beneficiū. Si enim
Sol oriretur, & nunquam plueret, magnum dā-
num esset, non verò beneficium: sicut si pluuia
caderet semper, esset mortalibus exitium. quod
ergo beneficium summum sentiunt homines, est
solis ortus, cum pluuiæ temperatus. hic enim an-
nuos prouentus, diuites reddit. hoc verò bene-
ficium Deus, & malis prebet, & bonis. & (vt su-
prà dicebam,) abundantius largitur malis. hi
enim sunt, qui ex hac cœli temperatura ditiores
fructus recipiunt, quam pauperes pij. Quòd si
aut Solis aut pluuiæ intemperantiam Deus mor-
talibus infert: tunc verè sentiunt, quam sit Solis
& pluuiæ beneficium immensum.

¶ Et illud te non prætereat: Dat Deus solem &
pluuiam malis hominibus: non dat tamen gra-
uatè, aut miserè: sed oritur Sol Dei iussu, gesties,
veluti sponsus de thalamo. venit pluuiæ præci-
piti lapsu: velut currens in obsequium hominis.
Quod si Sol aut Luna animum Dei exasperatum
sentirèt: aut non se vsibus hominum præberent,
aut parcissimè præberent. Quis igitur animum
dei generosum, vel per creaturas, non exoscu-
letur?

Si enim *diligitis qui vos diligunt, quam mer-
cedem habebitis?* Non dicit Domi-
nus, quam mercedem hæc vestra dilectio habe-
bit? Sed simpliciter, videtur asserere, quòd qui
non dilexerit inimicum, nullam in cœlo merce-
dem habiturus sit. Videlicet: quia necesse est, ve-
niant scandala: & necesse est, vt impij pios affli-
gant, & persequantur. Ideo nisi diligamus, in cœ-
lum non ibimus. Si vita hæc transigi posset sine
inimicorum persequutione, possemus cœlum in-
gredi, sine eorum dilectione. Sed quia, omnes
qui piè volunt viuere in Christo, patientur per-
sequutionem: ideò & omnes qui piè volunt vi-
uere in Christo, inimicorum debent habere di-
lectionem.

¶ Planum Christianis est: quod qui diligit pro-
ximum, totam legem impleuit: & qui in hoc
vno mandato offenderit, factus est omnium reus.
ergo nisi inimicū diligas, nihil legis impleiti.

¶ Sed

Roma. 8.

Joanis. 1.

Canti. 8.

Joanis. 3.

Canti. 8.

Hebræ. 1.

Luce. 12.

Ioanis 2.
2. Cori. 11.

Psal. 18.

Math. 19.

2. Timo 3.

Roma. 13.

Iacobi. 4.

¶ Sed fac nullum te habere inimicum: nisi dilectionem habeas, ad inimicum diligendum extensam, non videbis faciem Dei: nec est in cælo merces tibi.

¶ Dices: Num non est patientiæ merces? Non est misericordiæ merces? Non est humilitati merces? Cur ergo Dominus dicit: si amicos diligitis: quam mercedem habebitis. Num sola dilectio inimici mercede coronatur, & reliqua honore mercedis priuantur? Attende præcor. Nulla habet patientia, aut misericordia, sine dilectione mercedem. Dicente Apostolo: Si distribuero facultates meas, in cibos pauperum, & charitatem non habeam: nihil sum. Porro charitas est duplex, humana scilicet, & diuina. Hęc generosa, vilis illa. Hęc inimicos diligit, odit illa. Sine hac nec patientia, nec humilitas est cælo digna: illa vt nata de terra, cælum contingere nequit. Vides planè nihil oia valere, sine dilectione inimicorum & si eleemosyna, aut patientia valet: eo valet, quia dilectione inimicorum comitata relucet.

¶ Non possum silere, id quod ex isto loco apertò inferri videtur. Id verò tale est. Si quis amicum diligit, ex hac dilectione generosa, & diuina: quã nunc dicebam, certè mercedem habet. nec enim minus diligi debet amicus, quam inimicus. at fieri potest, vt vir iustus amicum diligit, non ex dilectione diuina, & nobili: sed ex illa humana, & vili: & tunc mercedem non habet. Hoc verò est quod cum communi schola pugnat. Dicunt quidam Theologi. Omnis actus eius, q̄ est in gratia est meritorius at Dñs loquebatur cū discipulis, q̄ erāt in gratia: & dicebat eis. Si diligatis vestros amicos, si vestros fratres, & cognatos, quã mercedem habebitis: igitur viri iusti (qui in gratia sunt) opera bona humana, & naturalia exercētes, non habent cæli mercedem. Quòd si cæli mercedem sunt habituri, opera diuina sunt operaturi. Quod si verum est: Deum immortalem, quot erunt in die iudicii opera, nūc oculis mortalium illustrissima: quę tunc obscura, & sine mercede manebunt? Profectò verissimum est: nemo scit, an amore, an odio dignus sit. Licet enim bonis operibus abundes, cum nescias, an ex Dei dilectione nascantur: putabis te esse diuitem, cum tamen egenus sis, miser, & pauper.

¶ Sed dubium est in verbis Domini, quam mercedem, inquit, habebitis: nonne & publicani hoc faciunt? Quid nonne & publicani aliqua bona faciunt, quæ mercedem sunt habitura? Certè Ægyptia obstetrices idolorum culturæ seruiebāt: & mercedem habuerunt operis sui. Respondeo: mercedem quidem habent opera humana: sed humanam. Nec enim quod de terra est, meritum habere cælo dignum: existima.

Estote ergo perfecti sicut Pater. Res est consideratione dignissima. Sunt quidē in abyssis deitatis innumerę perfectiones: sunt in Sole illo infiniti splendores: & in monte illo celsissimo, sunt infinitę celsitudines: sed quæ Deū

perfectum nobis monstrauit, sola est dilectio inimicorum suorum. ita enim dicit: Estote perfecti, vt diligatis: sicut Pater perfectus est, quia diligit sibi aduersantes. Sanè patientia opus perfectum habet: sed patientia multo est quàm dilectio inimicorum inferior. siquidem minus est pati: quàm pati & amare: pati, quàm pati, & beneficia præstare. Pater iam ex dictis, quòd cū Christus dicit mandatum suum esse vt diligamus inimicem: intelligendum est: vt diligamus inimicos. Siquidem perfectionis magister, mādatum perfectionis mandare debuerat.

CAPVT. VI.

Attendite ne iustitiam vestrã.



ANTE OMNIA SCIRE conuenit: quanto pretio honor, & mundi gloria mortalibus habita sint: nec mortalibus quibusuis, sed ipsis etiam summis Philosophis. Aristoteles 4. Ethicorum cap. 3. honor est inquit, præmium quod ob res præclaras dari solet: est enim maximum bonum, & infra. honor est virtutis præmium. Quod confirmat. 8. Ethicorum capit. 14. cum dicit: Virtutis & beneficentiæ, honor est præmium. Idem dicit: 5. Ethicorum cap. 6. In hęc verba. virtutis iustitię, honor præmium est: cui is non sufficit, tyrannus est. Habes lector institutionem eius, quem tota natura certatim laudat. Vt iam non mireris: si tot verbis Christus curauerit, eius & aliorum refellere honoratam sententiam.

¶ Contraria igitur penitus Christus incessit via: docens: nihil viro Christiano faciendum, quo capter honores. Dixit Aristoteles 1. magnorum moralium capit. 15. Magnanimus est: qui nec maiore, nec minore quam par sit, vult honore honorari. At Christus magnanimum iudicat, qui nullum vult honorè: qui se abscondit, ne ei honores homines tribuant. Et quidem si rem humanitatis tractemus: non erat honor res digna, quæ virtutis præmium esset. honor enim res est exterior: Virtus interior. honor res est fugax: virtus stabilis. honor non est in facultate eius qui honore dignus est: at virtus proprium est hominis bonum. Quanto igitur, virtus est melior honore? Profectò virtus potius est honoris præmium: quam virtutis honor. eo enim laudari homo deberet, vt probus esset: non verò quisquam deberet esse bonus, vt honoraretur. Et quidem laudari solet peccator in desideriis animę suę: & diuiti assurgunt omnes. loquutus enim diues est, & probauerunt omnes. Vide iudicia hominum, qui laudibus ornant indignum: dignum sine honore relinquunt. Hęc mihi

1. Cori. 13.

Iacob. 1.

Ioan. 15.

Soto, et
multidijSæc fuit canis
sua. V
Scis.

Ecclesi. 9.

Apocal. 3.

Exodi. 1.

Ioan. 1.

Psalm. 9.

Ecclesi. 10.

mihī dicta sunt, de virtute, & probitate morali, humana: quæ scilicet viribus humanis parari potest.

¶ Quid verò de diuina virtute cēseri par sit, quis intelligere queat. Si. n. virtus secularis, si virtus humana, maior est, quam vt sit illi prēmium honor. quanto maior erit virtus: quam infundit Christus, quam promeruit Christus: quāque tota natura minoris ordinis est? Planè sicut qui eam efficit est Deus: nec efficere potest, qui sit minor Deo: & sicut eī promeruit Deus: nec promereri potuit, qui non esset Deus: ita & eius prēmium est Deus, nec esse potest res minor Deo. Iustitia hæc Dei, & Christi: ordinis est diuini. At honor, temporalis res est. quomodo ergo tātum auri, tam vili includes luto: aut tam immensum aquæ pelagus tam pusillo cōprehendes pugno? Sacriligium videtur admittere: qui rē tam summi pretij, tam vilijere commutat.

¶ Sed quæres. Cū reuera, honor qui ab hominibus venit res bona sit: & adeò bona, vt melius sit nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: quid est quod Dominus ab hoc nos bono diuellit? Quid est quod ab hoc nos bono fugere iubet? Si in nobis virtus est, si iustitia Christi est, si spiritus Christi est: profectò omni sumus honore dignissimi? Cur igitur fugiam quod tāt opere mihi debetur?

¶ Respondeo: Primum nemo scit, an odio, an amore dignus sit: licet enim nullius peccati mihi conscius sim: non in hoc tamen iustificatus sum. Si igitur nescio, an in me sit iustitia illa, quæ honore digna est, cur quæram honorem, cū nesciā an sit in me meritum honoris? Stultū est te emere velle: nesciēs te numos quibus emas, habere.

¶ Sed finge te iam nosse, quòd iustitiam habeas. finge te cum Paulo dicere: existimo autē quòd ego spiritum Dei habeam: & quòd ipse spiritus testimoniū reddat spiritui tuo, quòd filius Dei sis: planè honorem tibi querere non est æquum: Quia si illa iustitia quam habes tua propriè esset: siq; tu tibi eā comparasses: meritò, illius honorem iustitiæ quæres. Si enim Abraham (inquit Paulus) ex operibus à se conquisitis iustus est: habet equidem gloriam. Sed cum ea iustitia, quā Abraham, & quis iustus viuūt: gratis à Deo data sit: fit vt eius honor, Dei sit, Deoque ascribendus, non homini. Vt enim sufficientia nostra ex Deo est, ita eius sufficientiæ honor, Dei esse debet.

¶ Dices: fateor me à Deo habere iustitiam: at quia ego cum iustitia laboraui: non ego solus, sed nec gratia sola, sed gratia mecum: huius igitur laboris mei honorem, cur ab hominibus non requiram? Respondeo: memor esse debes illius verbi Apostolici. ipse est qui dat nobis velle, & perficere: pro bona voluntate. Itaq; licet tu simul labores cum gratia: hoc ipsum quod laboras, gratiæ Dei est, qui dedit, vt velles, & posses laborare. Totus ergo honorem Dei quæras, non tuum. A quo, id ipsum quod tuum esse putas, accepisti, vt tuum sit. nec enim tuū esset:

nisi ille fecisset, vt esset tuum. Si igitur accepisti, cur gloriaris quasi, non acceperis.

¶ Sed adhuc do tibi vt fingas te habere iustitiam quæ tua sit: quæ ex Deo non sit. Planè si habes, tu nosti, quantis eam laboribus comparasti: tu scis quod vsq; ad sanguinis effusionem, fuit tibi aliquando laboratum: vidisti pugnas, & agones: cū demone, carnē & sanguine, tantorum ergo laborum tam vilem requiras coronam? Certissimus sum, non est tibi legitime certatum, si aliam iustitiæ coronam vnice quæris: ab ea quam daturus est ille qui solus est iustus Iudex.

¶ Instas forsā: Non ego humanam tantum laudem ambio: sed optarem diuinam, cum humana coniunctam. Ego respondeo: parum agnoscis diuinam maiestatem: si putas maius esse bonum, honorem Deo coniunctum, quā Deus sit solus. Ne decipiat. totus mūdus & Deus, nō est maior Deo. Nec. n. arca Dei cum Dagone, maior est, quā arca Dei sola. tātus ergo tibi sit Deus solus, quantū Deus & reliqua bona. Iam & illud accipe. Christus, & mundus inimici sunt. mundus enim (inquit Christus) me odio habuit. noli igitur ab inimicis Christi ditari. noli coram Christo comparere, ornamentis sui inimici vestitus. nec enim eum decipere poteris: sicut Iacob vestibus Esau indutus, Isaac caligantem decepit. Rursum & illud certissimè tene. Pater tuus Deus habet curā tuā vt noxia cuncta à te submoueat: & profutura concedat: si honor humanus tibi fuerit profuturus, expoliabit mundum (sicut olim Ægyptum) vt te alienis ditet diuitiis: id est vt te honoret: interim patere vt si honor noxius fuerit, eum à te longe semoueat.

¶ Multo plura erant mihi lector dicenda: sed fastidium tuum vereor. Dabis veniam tamen, si pauca quedam adiecero. Intelligat ergo omnis Christianus: quòd cum à Deo conuertitur, & illustratur: vt noua creatura sit: quendam accipit spiritum rectum, quo quæ sursum sunt quærat: non honorem, qui deorsum est. Secūdo accipit spiritum nouum, quo in nouitate vitæ ambulet. non quærens honorem, qui ex mundo est, ac ideo vetus est. Tertio accipit spiritū sanctū, qui cum maior sit toto mundo: non diligit mundum, nec quæ in mūdo sunt. Quarto: accipit spiritum contemptorem omnium secularium: qui maiores diuitias estimat thesauro Ægyptiorum, impropriū Christi. Quinto: accipit spiritū, quo honores mundi estimat, vt stercorea. Sexto: accipit spiritum, quo se ipsum neget: tollatque crucē Christi, & sequatur Christum. quod si se negat, quorsum honores ambiat? Septimo: demū accipit spiritum: quo, tanto affectu quærat contumelias, quanto ambitiosi quærun honores. libenter enim gloriatur Paulus in cruce Domini. & ibant Apostoli gaudētes: quia digni habiti sunt, pro nomine I E S V contumeliā pati. Si igitur nō contēnis & fugis honores. intellige te nō plenè viuere spiritu Christi. Si in honore melleum inuenisti

1. Corin. 4.

2. Timo. 4.

1. Regū 5.

Ioanis. 7.

Ioanis. 15.

Genes. 27.

Exodi. 12.

Galat. 6.

Colos. 3.

Roma. 6.

1. Ioanis. 2.

Ad Heb. 11.

Philip. 3.

Luce. 9.

Galat. 6.

Actor. 5.

Eccli. 4.

Eccles. 9.

1. Cori. 4.

2. Cori. 7.

Roma. 8.

Roma. 4.

2. Cori. 3.

1. Corin. 15.

Philip. 2.

vide Soto.

libro 2. de

ausc. & iur.

q. 7. art. 1.

Pfal. 45. inuenisti dulcorem: nondum gustasti quàm sua
uis est Dominus. Si igitur totū caput hoc Chri-
stus consumit, fugam honorum præcipiens: ne
mirère, spiritus enim Christi alta quærit, huma-
Ecclef. 1. na contemnit. quid enim mirum si eò redeunt
flumina gratiæ, vnde fluxerunt? Et si locum in-
ter aquas pes columbæ non reperiatur?
Genes. 8.

Attendite *ne iustitiam vestram* Hic textus
planius intelligitur: si aduertamus
morem tunc fuisse Iudeis: gloriam & hono-
rem ab inuicem quærere: testimoniumque, alios
ab aliis ambire. Quomodo vos (inquit Domi-
nus) potestis credere, qui gloriã ab inuicem ac-
cipitis: & gloriam, quæ a solo Deo est, non quæ-
ritis? ex quo loco primum colligitur, Iudeos tūc
opera sua fecisse, vt gloriam, & honorem sancti-
tatis alij ab aliis haberent. Sicut etiam habetur
Math. 23. Math. 23. omnia inquit opera faciunt, vt videã-
tur ab hominibus. Alterum etiam colligitur: quã
fit longè, non solum à cælo, sed à viuã fide, qui
omnia opera sua facit, vt hominum gloriam ve-
netur. Ab hac igitur ambitionis peste, (quæ tunc
tam latè grassabatur,) suos Dominus conatur
auertere: iubens vt gloriam hominum fugiant,
caueantque vehementissimè, ne iustitiæ ope-
ra faciant, humani honoris causa. Aliò qui eo-
rum mercede sunt in cælo carituri. Fides enim
tota est, de sperandis in cælo rebus: & de non ap-
parentibus in terra nõ igitur ea quæ in terra vi-
dentur cõcupiscit. Vt enim paulo ante dicebam
spiritus Christianus, vt amplectitur crucem, &
opprobria: ita honores fugit & reiiicit.

Te ergo *faciente elemosynã.* Loquitur Do-
minus de omni elemosyna, & spi-
rituali & temporali. Itaq; loquitur etiam de of-
ficio prædicandi, & docendi, quod ex charitate
fit. hæ enim præcipuæ elemosynæ sunt. Præmisit
verò elemosynam: quia licet orationis, & con-
templationis vita, emineat vitæ actiuæ: At vita
Christi, & Christianorum est vita actiua, ex con-
templatiua procedens. Cùm ergo elemosyna
tua, ex radice charitatis (in oratione flammãris)
prorumpit: ea est opus quod vehementissimè
Deo placet: ea est opus vitæ Christianæ summū.
Ideo Dominus incepit ab ipsa: sciebat. n. nihil no-
bis commendabiliorem facere Deum, quã quòd
elemosynas nobis porrigat: & contra, nihil nos
Deo facere commendatiores, quã quòd elec-
mosynas ex orationis ardore præstemus. Grãdis
sanè sibi sua diuinitate Deus est, maximum verò
nobis eum: sua nobis elemosyna reddit: ita qui-
uis grãdis est, sua sibi in Deum erecta charitate:
maior verò est, cum hæc charitas, mète in Deum
surrecta, se demittit ad humanas miseras. Ideo
Paulus dicit: Estote imitatores Dei. & Christus,
estote perfecti sicut Pater. In quo? In amore plue-
te super omnes.

Nesciat *sinistra.* Primum: quomodo sciet in
pio Christiano sinistra, cum in eo
omne sinistrum mortuum sit? Siquidem per si-

nistrum caro intelligitur. carnales enim ad fini-
stram collocatur. At caro, corpusq; nostrū, mor-
tuū est in nobis: per inhabitantē in nobis spiritū.
Si mortuum est, scire non potest. Quod. n. mor-
tuum est, desiit à peccato: igitur & ab ambitione.
¶ Iam supra dicebam: Christianos baptizatos esse
in spiritu, & igni. Idest demersi sunt, & inclusi
in spiritu, & in igne: velut intra nebulã. Porro
quia spiritualia dextra sunt: fit vt Christianorū
vita sit in igne amoris. velut in dextra, cõclusa.
vita verò carnalis foris est. At quæ foris sunt,
nesciunt ea quæ intra domum sunt. nesciat ergo
appetitus carnis, quæ in homine fiūt interiore.
At si apertius dicat: Homo Christianus totus ver-
setur interius, & nõ cū Dina versetur exterius.
nec cum Samsonē vxorem quærat alienigenam.
aut cum Salomone Ægyptiam ducat vxorem.
Quorsum enim operis nostri hæres erit honor:
qui est filius ancillæ, cum Christo, qui est filius li-
beræ? ¶ Rursum, ea dicimur scire, quæ appro-
bamus. ea verò nescire, quæ improbamus. Vult
igitur Dominus opus nostrū totum fieri propter
Deum: vt in eo nihil gustus inueniat caro, vt cū
non gustet de opere, nescire dicatur. ¶ Porro
dices, fieri nequit, quin opus nostrum laus huma-
na sequatur. At ego dico: ita Deus nostra dispē-
sat: vt quia Patrē mundani dixerunt Beelzebub:
ita vocent & filios. & ideo bona nostra deus cõ-
tumeliæ permittit & pbris. ¶ Sed age ita sit. lau-
dentur sanè opera tua: nec enim id malū est: imo
conandum est nobis, vt nihil inueniãt homines
in operibus nostris, quod reprehendãt. Præcipe
inquit, vt irreprehensibiles sint. & alibi. admo-
ne illos nõ litigiosos esse, sed modestos: omnē ostē-
dentes mãsuetudinem ad omnes homines. Imo
verò credo sctū esse, si laudes quæras humanas:
modo non tibi quæras, sed Christo. Curam enim
habe de bono nomine, inquit Sapiēs. & Paulus:
oportet Episcopū testimoniū habere bonum ab
iis qui foris sunt & alibi iterū dico: ne quis me
putet insipientem esse. quo loco multa Paulus in
sui gloriã profundit: at hæc, nõ in sui gloriã tan-
tum: sed in vtilitatē pximorū, ac ideo in gloriã
Dei. dicit enim factus sum insipiēs, (se ipsum sci-
licet cõmendans:) vos me coëgistis, (id est, pro-
pter vestram vtilitatem feci.) ego enim inquit
debui à vobis commendari. cum tamen contra,
ego me cõmendem. ¶ Audi huius rei pulcher-
rimum exemplum. Viri Gedeonis pugnabant
contra Madiam, habentes in sinistra lagenam,
vbi erat conclusa lux: dextra verò tenebant buc-
cinas. Cùm verò ventum est ad locum certami-
nis, clangebant buccinis: frangebant lagenas:
splendebant lucernæ: clamabant, gladius Domi-
ni & Gedeonis. nemo gladium suum intonabat:
sed gladium Dei, & ducis Gedeonis. Ita & nos,
cõtra mūdū pugnam⁹, & cū carnem mortificam⁹,
lagenas frãgimus, carne mortificata, lux splen-
det operis nostri. Cū verò Christū prædicamus,
clangimus buccina, clãge quantū velis, opare, &
splēde

Math. 23.
Romau. 8.

Roma. 6.

Math. 3.

Genes. 34.
Iudic. 16.
3. Regū. 3.

Galat. 3.

Math. 10.

1. Timo. 3.

Ad Tit. 3.

Sapien. 41.

1. Timo. 3.

2. Cori. 11.

2. Ad Co-
r. 12.

Iudicū. 7.

Ioãnis. 5.

Ioãnis. 5.

Hebrę. 11.

vide sanct.
Thom. 2. 2.
quæst. 30.
art. vlti.

Ephes. 5.
Math. 5.

splēde quar. tū libuerit, modo ne clangas gladium tuum: si clangis gladium Dei, & Christi: si nihil aliud quæris, nisi gloriam Dei, & Christi: fac quod velis. Sed nota quod non profertur lux, nisi lagena perfracta. donec enim non mortificaueris te, melius est lucernā operis tui abscondam, quam publicā esse. ¶ Habetur Leuitici 14. quod Sacerdos pœnitentium Iudeorum oleo intingebat auriculam dextram, pollicē dextrę manus, & pollicem pedis item dextri. Itaq; oleum Sacerdotale non tangebatur quicquam sinistrū. Quo significabatur, oleum misericordię nō debere contingi, à parte sinistra: id est cum audimus alienas calamitates, & cū manus pedesq; extendimus ad subueniendū: nihil hīc subrepat nostrę ambitionis: aliōqui oleum tangeret sinistra: sed fiant omnia propter Deum: vt eius oleum semper veretur in dextra. ¶ Eleganter dicit spōsa: Lęua eius sub capite meo: sed dextera eius amplexabitur me. vbi sunt mille mysteria. Sed nostrū hoc est, Lęua sub capite, videri ab oculis nequit: dextrā amplexantem vident oculi, eius qui amplexu cōstringitur. Lęuā ergo spōsa nō videt: videt verò dextram. At in lęua sponsi sunt diuitię, & gloria: scilicet temporalia: in dextera est longitudo dierū, id est, eternitas. Dicit ergo fidelis spōsa: se oculos habere totos in eternitatē defixos: diuitias, verò & honores, vt lęuā manū, non aspiceret. ¶ Quasi audires Paulū dicētē: quę retro sunt obliuiscens: ad anteriora me extendo. Quod ergo Christus dicit: nesciat sinistra hoc ipsum ipse sponsus dixerat: habeto lęuā meā sub capite tuo. habere non prohibeo, modo sub capite habeas.

DE ORATIONE.

Tu autem *cum oraueris intra in cubiculum tuum, & clauso ostio &c.* In primis, verbum Gręcum est tamion: pro quo nobis est cubiculum. Significatq; tamion, penetrabile, & intimam partem domus vt Dominus non solū voluerit ad orationē, cubiculū: sed intimam & secretissimam partem domus. ¶ Nam multa sunt colligenda. Primū, quod ex hoc loco, data est facta cultas orandi priuatim: non in Ecclesia solū, sed & in quauis domo, nec in nobiliore parte domus: sed etiā in viliori, & abiectiore. Dubia erat olim Samaritana: an orandus esset Deus Ierosolymis, an in mōte Samarię: at huic quęstioni respōsum sit, orari Deus potest, etiam in cubiculis domus nostrę. Videbitur forsan alicui exigua gratia hęc quam Dominus Christianis concessit, vt in cubiculis suis orare Deū possent: At mihi videtur hęc gratia, ex summis gratiis vna. Quod. n. Deus dignetur se tractari, adorari, & ad colloquiū nostrum venire: etiam in domibus nostris, etiam in cubiculis nostris, etiam in secretissimis locis, licet abiectissimis: hoc verò infinitę dignationis est. Dignatio fuit: quod Deus olim, non nisi in templo, & loco abscondito, & cui nulli fas erat

ingredi, sederet super Cherubim: & magni beneficij loco habebatur: quod Dominus esset in templo sancto suo: cuius erat sedes in cęlo. At nunc quiuis in domo sua sedem Dei habere potest. Videri sanē Deus potest hominum ardens amator qui quamlibet occasionem capret, hominem tractandi, & amplectend: & in quouis loco, etiam sordido, cum homine loquendi, & familiariter conuersandi. ¶ Secundō collige: si Dominus nō solū orari in cubiculo vult, sed clauso etiam ostio, igitur deliciarum sponsus cum sponsa vult, sed quia sponsus verecundus est, non in aperto, sed in occulto suas delicias vult. Verissimē olim dixerat Deus, delitię meę esse cum filiis hominū & aliquanto superius. delectabar inquit, per singulos dies, ludens coram eo, ludens, non inquit in cęlo, sed in orbe terrarum. Itaque ludere vult Deus cum filiis hominum, non in templo solū, sed in toto orbe terrarum. Sed cur ad tua suauia, loca quęris occulta o in clyte rex? Num quia rex es, nos verò serui, pudet te iocari cum serua? Minimē id quidem, sed ne eius interpellentur delitię, neue illa intima pax quam in anima efficit, à muscis pungentibus interturbetur. Simulque indicauit, quam velit suauitates illas nulli patere. Irascitur enim, si garrula mens, ea proferat in publicum, quę à sponso accepit in tanto silentio. ¶ Tertiō collige: tam esse profunda, tā diuina tāq; subtilia illa diuina colloquia, vt ea percipere nequeat animus, nisi in summa pace, silentio, & attentione locatus. Dicit sponsa: Quis det te mihi fratrem meum, sugentem vbera matris meę. ducam te, introducam te in cubiculū matris meę. (scilicet virginis sacre, quę erat ferē semp orās in suo cubiculo) ibi me docebis, & ego potabo te. &c. Ibi inquit, in cubiculo clauso me docebis, quia illa doctrina adeo est subtilis & tenera, vt nisi à summē silenti & attentissimo animo percipi non possit. Erat Elias in spelunca: transit spiritus, transit cōmotio, transit ignis, non in his Dominus. trāsit aura, vt sibilus tenuis: ibi Dominus, & in ea silentissima aura docet Eliam Dominus, & cum Elia loquitur familiariter & iucundē. & nota, quod non audit Dominum Elias, nisi prius operto vultu, vt nihil videret. Quia si audire vis Dominum, operire necesse est vultum, ne quicquam circumstantans videre queas. ¶ Quartō nota ex Paulo: quod Christianus, qui sanctē viuit, ædificat in anima sua aurū, argentum, & gemas: scilicet ædificat charitatis, & aliarum virtutum incrementa. Est verò artificium adeo præclarum: cęlantur & poliuntur lapides huius ædificij adeo mirabiliter: vt non nisi in summo silentio fabræ fieri possint. Sanē cum ædificabatur templum Salomonis, non audiebatur malleus, ferra, aut quidpiam aliud. Indicium id erat, silentij & tranquillę serenitatis, quā ædificium animæ ædificandum est. Merito igitur requirit solitudinem intimę partis domus, & securitatem ostij conclusi.

¶ Quinto

Cantic. 2.

Prouer. 3.

Philip. 3.

Ioānis. 4.

Psal. 79.

Psal. 70.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

Prouer. 8.

Prouer. 8.

Cantic. 8.

1. Regū. 19.

1. Corin. 3.

3. Regū. 6.

¶ Quintò nota: Quòd cum Dominus dixisset: intra in cubiculum, claude ostiũ, adiecit, vt oratio tua sit in abscondito: id est, hęc media quere, vt orationem facias absconditam. vbi duo aduerte. Primum, si vsu tuo, aut dono Dei, orationem habes cum Deo intimã, sine cubiculi, aut ostij necessitate, tunc nõ est necesse cubiculum adire: Sed cum David, in omni loco dominationis domini, benedicat anima tua Dño. & quia hunc vsu, & facilitatem orandi, in sanctis suis Christus & Apostolus optant: ideo dicunt, oportet semper orare: & nõquam deficere. Et Paulus: sine intermissione orate. videlicet notantes, & magnitudinem vtilitatis, & dulcedinis, quæ in continua oratione habetur: aliõqui non diceretur, semper orate. Alterũ est. Quid si intrasti cubiculum, & clausisti ostium, necdum tamen oratio tua abscondita est: vanè profectò laborem tuum consumpsisti. Ego quidem ex verbis Domini olfacio, quod si pio animo intras, & claudis cubiculum tuum, curabit Dominus abscondam facere orationem tuã. hęc enim ille media requisit à nobis: suũ erit, tranquillam & silentem orationẽ prestare. Quòd si hanc non habemus, culpa nostra fuerit. Quòd si etiam culpa nostra nõ est, certè si oratione serena priuamur, eius merito non priuabimur.

¶ Sextò nota quã in promptu, & velut ad manum orationem nostram Deus voluerit esse, cũ ad eam exercendam, cubacula nostra designauerit: pigritamur adire templũ, si remotius est. pudet Ecclesiam ingredi, si vestem habemus abiectam. Vt igitur omnis non orandi occasio cesset, propè est verbum in ore tuo, & in domo tua, intra in cubiculum tuum.

¶ Vbi grauissimam orandi necessitatem indicauit Dominus. Si enim necessaria non esset, aut si multum differri posset, non nisi in templo fieri permisisset. ¶ Vbi etiam nota: quã abstulerit Dominus Christianis (maximè fœminis, in quibus orationis deuotio crebrius solet inueniri) vagandi, & exeundi de domo, causas & occasiones: siquidem ad orandum, domum & cubiculum mandauit. ¶ Demum nota: Non dixit Dominus, intra cubiculum, claude ostium, flecte genua, aut in faciem tuam procide. sciebat equidem Dominus, quod moles corporis nostri, nimis diu super genua consistere nequit. Dictum enim est, corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. At ipse volebat nimis diu cõuersari nobiscum, ideo nõ exegit, vt flecteremus genua. Igitur cum dicit, claude ostium, idem est ac si dixisset, in oratione diu consistite, aliõqui quorsum clauderes ostium? Cũ verò dicit ora Patrem, perinde est, ac si diceret: eo posito corpus tuum compone, quo ad diuturniorem orationem aptius videris esse.

Grauetamen dubium nos vndiq; circumstat. Num Dominus absterruit nos ab oratione in ec-

clesia? An non efficacior, & impetrantior est oratio in Ecclesia? An non Ecclesia vocatur domus orationis? An non Ecclesiam ita Deus disposuit, vt orantes in ea, minus demonum pateant incurfibus? Cur igitur orationi, non Ecclesiam sed proprium cuiusq; cubiculum designauit? Primum huic dubio dici poterat: Christum non curasse, orationi templum dedicare, id enim erat euident. ad orandum enim templum est institutum. illud verò voluit docere, quod in dubium vocari poterat, scilicet an in domibus nostris esset Deus orandus. ¶ Secundò dici potest, quòd licet multum commodi orationi ex templo accedat: at tantopere odit Deus humanę laudis amorem, vt potius velit orationẽ in cubiculo minus efficacem: quã in templo ambitionis labe fœdatam. ¶ Tertiò: fateor prolixam orationẽ à templo multum accessions habere, sed diffiteri nequeo eandem (in oratoribus imperfectis) multum habere periculi. Si enim pij orantem vident, laudant: en periculum superbię. Si impij vident, mordent: en periculũ accedię. à quibus tuta in cubiculo, vt in turre murata, oratio est. ¶ Quartò: Dominus instituebat populum, qui frequentissimè oraret: qui frequentissimè Deum alloqueretur: ideo fuit necesse tẽpla priuata cuius concedere, siquidem id in Ecclesia fieri nequit. quomodò enim subinde domum tuam exeas. quomodò noctu templum Dei frequentare possis? Illas igitur orationes, quas Ecclesia in Ecclesia fieri instituit, certum est in Ecclesia fieri debere. At alias à nobis orationes feruentiores, frequentiores, & prolixiores Dominus requirit: quas commodè in tuo cubiculo fundas. ¶ Quintò: Si credentium nunc, sicut olim: cor esset vnum, & anima vna: optimum esset orantes in Ecclesia perseuerare. At vel ex tũc indicauit Dominus futurum, vt non omnes haberent cor & animam vnam: sed quòd futura esset multis aliorum oratio molesta: adeò vt multos cogere ab oratione cessare. Verũ Dominus nostras vehemētissimè oratiões diligit: ideo ne cessent, dicit: Si periculum orationi est ex publico, securitatem ei prestemus ex occulto. nihil non faciamus, ne oratio cesset. Pretiosum oratio margaritum est: ne nobis pereat, in tuto reponamus loco. Suauissimus est orationis odor ex incenso, & apide cordium eleuatus: abscondamus eum, vbi à vento nõ dissipetur. Scala oratio est, quã anima ascendit in cœlum, caueamus ne à viatoribus impellatur, & cadat.

Orantes *autem nolite multum loqui.* Nõ minus dubium hęc nos premit, quã loco superiori. Quid enim? Dãnat ne Dominus orationes tam prolixas Ecclesię? Dãnat ne orationes priuatas, quæ plus nimio durant? Dãnat ne orationes & preces quasdam satis multiloquas, quæ in libellis precatoriis circumferuntur? Ad hoc primũ responderi posset. Quòd loqui in oratione priuata eò maximè institutũ est, quo mens

Isaie. 56.

Actor. 4.

Math. 13.

Apocal. 5. 8.

Genes. 28.

quo mens corporis onere depressa, ad Deū eleuaretur. Quasi vox esset flabellum, quo in mēte, ignis accēderetur: aut potius fumus per capnionem ascendēs, quo ignis in fornace lusciscit. Si igitur mens adeò deuota est, & inflammata, vt ijs adminiculis non egeat, profectò etiam si vox orantis Annę nō audiatur, oratio tamē acceptabitur. Quia verò Christus hos animos accensos in suis fidelibus optat, ideo ne multum loquantur præcipit. Quasi diceret: volo vos adeò esse flammantes, (vtpote qui baptizati estis spiritu, & igni) vt non sit necessaria oratio multiloqua. ¶ Secundo, & acutius responderi potest. Quòd cum oratio multum habet verborū, paucū verò ardoris & spiritus, illa multiloqua est. at si multum habeat verborum, sed multo plus feruentis charitatis, non multiloqua, sed multispirita (si ita loqui licet) nominari debet. Quæuis enim res ab eo quod in ea dominatur, nomen sibi vendicat. Sicut carnales homines, caro, terra, puluis, nominantur. Imo & diaboli dicuntur: At contra viri pijs, spirituales, cœlestes, angeli, & Dij dicuntur. Igitur si in oratione multum loqueris, & multū etiam ardes: oratio tua non est multiloquium. At si multum loquēdo, nihil ferues, multiloqua oratio est, hanc fastidit Dominus. ¶ Tertio dicamus. quòd qui multis egent, multa etiam petant, multūq; si libet in oratione loquantur. Porro, qui vno tantum egēt, vnumq; anhelant & suspirant, vnum petant, nō multa loquantur. At pijs Christiani, non multis egent, nec multa suspirant. Habētes enim victū, & quibus tegantur, his contēti sunt: Vnū est dūtaxat quod totis votis desiderant. Id quod olim Iacob ad fratrem Esau dicebat, Hoc vno inquit, tantum, indigeo, vt inueniam gratiam in oculis tuis. Ita & Christianos, cupit Christus, hoc vnū querere, & ideo non multa efflagitare. ¶ Quarto. Si textum expendas, non inuenimus dictum, nolite multum loqui laudantes Deum, aut benedicentes. Id enim non vetat Dominus. Cuius signum sunt preces horarię: quibus laudes Dei continuè concinnit ecclesia. Sed inquit, orantes nolite multū loqui. Quod ad duo referri potest. Videlicet ad petitiones quę vulgato nomine orationes dicuntur, & iudicio meo iubet Dominus, ne multum verborū expendamus: minutim persequentes etiam minima, quę nobis optamus. Quasi verò Deus illa ignoret: aut quasi Deo limites figamus, ne aliud faciat, quàm quę petiuimus. Quid enim opus est si filio petis necessaria, minutim à Deo petere, pileum, vestem, pallium, calceos, & reliqua persequi. Satis est dicere, Dñe da filio meo quę nosti esse necessaria. Secundo referri potest ad eam quę maximè oratio est. scilicet ad eleuationē mentis in Deū: quā constat, nō multis verbis egere.

¶ Demū, sicut nimius affectus, orationis filum rescindit: ita qui orādo, verbis nimis inheret, affectuū filū aliquādo dissecabit. Certè Christus

in agonia, multa ardebat, pauca dicebat.

Scit Pater *vester.* Iterum se nobis offert dubium quod alios torfit. Si Pater scit quid opus nobis sit, cur igitur orari vult, Num Patres carnis, cum sciunt filios indigere, orari se volūt? nū & hēri qui seruos habēt, orari cupiunt, vt necessaria prouideant? Quid igitur cupit orari Deus? Respondeo ex regula, quā puto verā, & multis locis Diuinę scripturę cōuenientem. Quòd licet Deus disposuerit homini, in vita spirituali prouidere: ita tamen voluit, hominem se gerere, ac si proprijs viribus & industria sua sibi bona debeat comparare. Ita voluit hominē in suo negotio laborare, ac si Deo nihil de homine esset prædestinatum. Id voluit dicere Sapiēs. Posuit, inquit, Deus hominem in manu consilij sui, ad quod volēt extēdet manū suā. Ergo cura tui Deo est, sed ita curabit, si tu pte oraueris & laboraueris. *Sic ergo vos orabitur.*

Pater noster, qui es.

DVm suspicio huius orationis inestimabiles diuitias, & ingenij mei tā exiguas vires: silere melius esse videbam, quàm loquendo de re tanta pauca loqui. Sed age nō nihil est audēdū. **PATER.** Non equidem falsò Pater. Nec sola legali adoptione: sed voluntaria per gratiā generatione, Vt Iacobus dixit. Voluntariē, inquit, genuit nos, verbo veritatis: vt simus nos initiū aliquod creaturę eius. Petrus verò, hęc generationē vocauit regenerationē, cum dicit: Benedictus Deus qui secundum suam magnā misericordiā regenerauit nos, in spem viuam, in hereditatem incorruptibilem, &c. Porro Ioannes, natiuitatē ex Deo nominauit, dicēs. Dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neq; ex voluntate carnis, aut viri: sed ex Deo nati sunt. Vbi est summa admiratio, quòd summus illerum omnium princeps, non modo homines adoptauerit in filios, sed etiā Diuinę fecerit consortes esse naturę. Videlicet etiam deitatem quā per naturā filio Dedit vnigenito, eādē per gratiam pijs donauerit vniuersis: vt sicut filius est Deus per naturā: ita sint homines Dij per gratiā: sint, q; filij excelsi oēs. ò rem ipsis Angelis stupendā. ò rem ipso met Deo dignā. Transfundūt suam essentiā parentes in filios, non eandē illā quā ipsi habēt, sed similē: nec ita transfundūt, vt filijs liceat cū data essentia eternū durare. At trāsfundit Deus suā in homines essentiā, non aliā suę similē, sed suā quam ipse habet: & ita transfundit, vt liceat accipiēti, si voluerit, eā eternam possidere. Ad eū, inquit Christus veniemus, & mansionē apud eum faciemus. Apud eū, inquit, tam gratiosē, vt dicat Christus, oro Pater vt vnū sint, sicut tu Pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint. ¶ Hanc rē incredibilem dignationis, nullus poterat mēteri nisi Christus: ex quo, & per quem est omnis paternitas, in cœlo & in terra. Siquidem vt Paulus habet, Præ-

h destinauit

Luce. 22.

1. oro multiloqua

11

1. 137. cc.

Ecclesi. 15.

Sapient. 12.

Iacobi. 1.

1. Iacobi. 1.

1. Petri. 1.

Ioānis. 1.

2. Petri. 1.

Psalm. 81.

Ioānis. 14.

Ioānis. 17.

Ephes. 3.

Vide. S. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 12. 2. Regu. 1.

Math. 3.

Ioānis. 6. Psalm. 81.

1. Timo. 6.

Genes. 33.

Vide. S. Thom. 2. 2. q. 83. ar. 12.

Ephes. 1.

destinavit nos in adoptione filiorum per Iesum Christum. Cum igitur per Christi merita, nos filij Dei simus, hoc tropheum, hocque brauium primo huius orationis loco Christus collocavit.

¶ Et quidem meritissime. Iudico enim nihil esse quod magnificentiam Dei magis illustret, quam quod Pater, ita vocetur. Nulla sane laus Deo maior, quam quod Pater sit Verbi æterni. Paterque, sit Christi, qui verbum æternum est. At qui, eo ipso quo Patrem nostrum eum nos nominamus: Patrem etiam Christi, per quem, & in quo nos filij sumus, recensemus. Igitur nullam poteramus nos maiorem Deo cantare laudem, quam Patrem nostrum eum appellantes. ¶ Nam vide quam sapienter Christus docuit nos, Deum nominare Patrem, non verò regem, principem, aut etiam Deum. Planè ut existimo, nullæ rationes, nulla momenta maiora poterant excogitari ad Dei animum in nos flectendum, quam Patrem nostrum eum nominando. Siquidem ipsa natura cogit, Patrem filiorum commodis consulere, Ego inquit feci, & ego feram. At Domine, si quia fecisti, feres: nunc non modo fecisti, sed etiam genuisti, non modo factor es, sed Pater: feres igitur, sanabis, & saluabis. Tum & ipsa ratio demonstrat te: nobis propitium futurum. Enimvero, si dedisti nobis ut Pater noster esses, dabis & reliqua quæ in hac oratione rogamus. Paulus dicit, Si pro nobis tradidit illum, quomodo non cum illo, donabit nobis omnia? Ego audeo dicere: Si nobis te, filiumque tuum tradidisti, quomodo non tecum cuncta donabis? Planè sciebas, quis esses, qui essemus, & qui futuri simus. Et nihilominus te in nos effudisti ac si nos tanto honore, tantisque opibus essent digni. Imo verò licet indigni simus: iam quod Patrem te nostrum professus es, tua te benignitate cogente foues nos, amas, & sanas. An non te huius rei præ clarissimum tribuisti exemplum, cum tuæ substantiæ prodigum filium, ita amasti, accurristi, in eius amplexus & oscula ita ruiisti, ac si nullum alium filium haberes?

Luce. 15.

Noster . Scio ex parentibus multos, qui spurios ament filios, ita verò amant, ut pudeat publicè, talium se filiorum parètes profiteri. At tu ò rex, non solum nos filios genuisti, viles alioqui, & immerentes: sed & amasti, & publicè voluisti, te patrem nostrum vocitari. Hæc enim orationem publicam esse placuit, cum Patrem te nostrum dici præcepisti. Quod si tam effuse tu charitatis es ut Patrem te vermium appellari digneris: dignissimum etiam est, ut nos eam profundè simus humilitatis, ut nemo suo merito præsumat patrem te suum dicere: sed commune potius meritum audaciam præbeat Patrè nostrum interpellandi. Sicut qui solus est, gigantè aggredi non audet: at cum multis, aggredi non veretur. ¶ Interim tamè admiror, quàm est Deus charitatis amator. Siquidè hanc dictione, noster, apponi voluit, sine qua patrè se nominari volebat. Pater, sonat charitatem Dei ad nos, & nostri ad

Deum. Sed hæc charitas mæca est, nisi **NOSTER**, addas, ubi charitas inter nos mutua designatur. Itaque, sicut Sacrificium missæ, Corpus, scilicet Christi, toties signo crucis à sacerdotibus munitur, ut videlicet corpus Christi, crucis memoria commendetur: ita & oratio nostra, ut grata sit, signo charitatis ad Deum, & ad nos, ipso initio munitur iubetur. Et quidè præceperat Dñs orationem fundi secretò, in cubiculo, & ostio còcluso. Sed nec ibi placet oratio secreta nisi fratrum nostrorum amore, & amoris professione signata.

Qui es *in cælis.* O rex sume & in clyte princeps, reuera in cælis es: in Filio, scilicet tuo, *Ioanis. 14.*

& in Spiritu sancto. Hi tibi in se dignum præbent habitaculum. Hi tibi dignas præbent delicias. Hi multo felicius enarrant gloriam tuam, quàm cæli isti visibiles. Hæc vera tua laus est, quod in talibus cælis sis, maiestatis tuæ, & magnitudinis infinite capacibus. ¶ Hinc secunda tua laus est, quod in angelis sis, quodque hi sedes tibi sint: sed longe tua maiestate minores. ¶ Hanc laudem tertia laus sequitur. Quod in cælis sis sedes: tantum in sede, ex quorù pulchritudine, quàm oculis nostris haurimus, animo conijciamus, quanta sit gloria sedentis in eis. ¶ Gaudeo quod altissimum sit hoc refugium tuum: tam, scilicet, excelsum, ut nunquam accedat ad te malum, & flagellum non appropinquet tabernaculo tuo. Quid non gaudeat fili, quod Pater in tam tuto sit loco, ut nihil illi incommodi contingere possit? ¶ Gaudeo rursus, si in cælis es, quod ego terra sim. Dant enim terræ suas opes cæli: nec unquam dando lassantur. Planè cæli circumeunt terram, sustentant, illustrant, compluunt, omnibusque rerum thesauris diuitie reddunt. An non gaudebo, quod Pater meo cælum impleat, quodque ego terra sim? ¶ Nam video, cælum terræ non unquam lucem negare suam. At qui bona spes. Non nimis diu negat. Sed ubi negat, solitis solet splendoribus exhilarare. Ita planè, cum auferis faciè tuam, omnia turbatur. Sed ubi emiseris spiritum, renouabitur facies terræ. ¶ Quod si etià pluias, frigora, niuiumque, rigores cæli tribuunt terris, id totum in terræ comoda cedit. Videlicet ut post hyemem, veris succedat pulchritudo, & æstatis diues copia. Ita si nos tu Pater filios, rigoribus præferis tribulationum, id planè facis, ut ex nobis fructus colligas maiores: ¶ Pater noster qui es in cælis, sicut sol, sicut luna, & sicut stellæ. Si anima nostra in die gratiæ, & iustitiæ fuerit, videbit Deum super se sicut solem splendens. At si in nocte peccati, & culpæ anima sono depressa iacet, videbit quidè Deum, sed quæ minore luce fulgere, videatur, videlicet sicut lunam. Fieri etià potest ut non luce Lunæ peccatrix anima fruatur, sed minore ut stellarum. Et tanta potest esse vitiorum velut nubes, ut omni luce destituta Ægyptiacis tenebris obruatur.

Ioanis. 14.

Psalm. 18.

Psalm. 90.

Genes. 3.

Psalm. 103.

Isaic. 58.

Exod. 10.

SEQVNTVR PETITIONES.

Sanctifica-

Sanctificetur *nomen tuum.* Harum trium que sequuntur petitionum, hic est brevis sensus & ordo: Filij fideles ante omnia querant, vt nomen Dei, & gloria per totum mundum diuulgetur. Secundo, vt oēs quibus nomen Dei diuulgatum fuerit, illi pareat, eiq; obedientiam, vt regi prestent. Tertio vt in obedientia semel prebita persistentes, non suā, sed Dei in omnibus faciant voluntatē. Horū primū petimus cum dicimus sanctificetur, id est, innotescat omnibus nomen tuū. Secundum petimus, cum rogamus, adueniat regnum tuū, vt omnes tuo imperio pareant. Siquidē grauisissima culpa fuerit, quē semel regem nouerunt, super se nolle regnare. Tertium petimus, cum oramus, fiat voluntas tua. ¶ Planē si cum dico, Pater, amorem meum in Deum profero: cū verò dico, noster, amorem in proximos ostendo, equissimum est, me ea primitus orare, quē hunc amorē apertius indicent. Inducatur verò si gloriam Patris cupio, & vt eā norint filij desidero. Vtrumq; verò complector, cum nomen Dei sanctificari effragito. ¶ Et quidem, iudicio meo, ferē idem est, sanctificetur nomen tuū, & mitte operarios in messem tuam. Nam messis quidē multa, sed operarij pauci. Siquidem per operarios, nomen Dei euulgatur. At quia predicatorum mali, aut tepidi (licet Deum esse pronuncient) non ostendunt tamen quā sanctus sit: ideo Dominus meritō dicit, sanctificetur. Id est mitte viros potentes opere, & sermone: qui gentibus aperiant, quā sanctum sit nomē tuū, quā sanctus ipse sis. Pulchrē siquidem Dñs non dixit, exaltetur nomen tuum, aut benedicatur, aut magnificetur, (quæ vocabula passim inuenias in veteri lege: in qua Deus potēs videri volebat, benedictus, magnus & altus) sed legi nouē vocabula noua conueniunt: sanctificetur, inquit, nomē tuum: notū. s. sit omnibus: quā sanctus, quāq; purus sis. Videlicet post quā Christus suo sanguine purificauit omnia, postquam Deus in Christo sanctificauit omnia, quę sunt in cælis, & quę in terris: voluit Christus huius tam preclari facinoris notitiam ad omnes peruenire. Sciunt igitur oēs inquit Dñs, quā Deus sit sanctus, quāq; nolit iniquitatem. quia vt peccatum aboleret, vt peccatores mūdaret, vt mundum sanctificaret, Christum suo sanguine scdari permisit. ¶ O Christū verē sui Patris eximium laudatorem. *Sanctificetur*, inquit. Sanctum te omnes videant. Quia gloriosior multo es, quia sanctus, quā quia potēs, aut Sapiēs. Olim condēs mundum sapiēs, & potēs apparuisti, nunc verò ostēde, quā sanctus sis. Vide obsecro. Genuit potentia Sapiētiā. Potentia rursus, & Sapiētiā produxerunt sanctitatem. In sanctitate cessauit omnis productio: quia cum Deus mōstratur potēs, sapiēs, & sanctus: iam nihil deest, quod cupiat à nobis agnosci. ¶ Quia verò non alia ratione sanctificauit De⁹ mundū, quā per incarnationē,

mortē, & resurrectionē Filij sui, p quas visus est Deus sanctus, & iustificās nos: ideo (quātū ego arbitror) sensus Christi in hac petitiōe fuit, Pater, qui homines, in filio tuo, filios tuos effecisti: declara, & manifesta hominib⁹ opus sanctificationis suę: Vbi videant, quā sanctus es tu, quāmpius & quā bonus. Nec. n. ita hominū animi rapiuntur cum te audiunt, aut potentē, aut sapiētem, aut iustū: quā cum audiunt, te sanctum, & sanctificatorem omnium.

Adueniat *regnum tuum.* Illud planē, quod Baptista proclamabat, dicens: penitentia agite, appropinquabit in vos regnū cælorū, Quę etiā verba Dñs initio suę predicationis vsurpauit. Hoc regnū est, de quo ipse Dominus dicebat: regnū Dei intra vos est. Olim. n. in veteri lege regnabat peccatū in nostro mortali corpore, siquidem ante legē peccatū erat in mundo, licet peccatū esset mortuum, videlicet, quia non adeo agnoscebatur. In lege verò, peccatū (occasione accepta ex legis prohibitionē) maiores vires accepit. Peccatum enim per mādātum, operatū est in me omnē concupiscentiā. Igitur regnabat peccatum tempore legis. Ideo Apostolus dicit Christianis. Peccatū non dominabitur vobis, non. n. estis sub lege: Indicās tempus legis fuisse tempus quo triumphos egit Peccatū de hominibus: ¶ Porro quia per Christum vetus hō noster (peccati. s. fomes) crucifix⁹ est, vt corpus & massa peccati destruat, (videlicet eius incentiuo extenuato) fit necessariū, vt regnū peccati per Christū cessauerit, & regnū Dei accesserit. Rogamus igitur vt quia accessit, veniat, & habitet in nobis. Data. s. obedientia Deo, negata verò peccatis. ¶ Sed percōtaris, si iuxta veritatē Christi, regnū Dei intra nos est: & regnū non solū appropinquabit, sed etiā iā appropinquauit, cur hīc Dñs iubet orare, vt veniat regnū? Respōdeo, Equidē ex meritis Christi, ex Dei voluntate, ex Sacramētōrū efficacia, ex predicationē Euāgelij, iam regnū Dei intra nos est. Si verò necdū illud accepimus, nostra id culpa venit. Si cut. cōtra in lege veteri: ex legis efficacia, & suorū Sacramētōrū viribus. oēs erāt in peccatō. Siquidē legalia Sacramēta, nec cōtinebāt, nec causabāt gratiā ex se, At multi ex diuina misericordia erāt tūc sine peccatō. Cū ergo nūc, cū gratia abundat, multi sint sine gratia: merito rogamus, vt veniat ad nos regnū Dei. ¶ Secūdo respōdeo quod iā supra dixisse me memini. Vult De⁹, nostras diuitias, (licet iā nobis partē sint per Christum) nostra industria à nobis parari. Ergo licet regnū iā accesserit: ita tñ vult Deus, vt nos illud petamus, & ad illud nitamur: ac si virib⁹ nostris esset vcturū, & viribus Christi nō venisset. Cū tamen reuera nō viribus nostris aduenerit, sed Christi. Rectē ergo dictū est cōuerte nos Deus, & cōuertemur. Rectē etiā dicitur. Cōuertimini ad me, & ego cōuertar ad vos. In primo opes nostras paratas affirmam⁹, in secūdo industria nostra desideratur.

Luce. 19.

Luce. 10.

Luce. 24.

Colos. 3.

Psal. 5.

Isaic. 63.

Math. 3.
Marci. 1.

Luce. 17.

Roma. 6.
Roma. 6.

Roma. 7.

Roma. 6.

Roma. 6.

Luce. 17.

Thren. 5.

Zacha. 1.

deratur. ¶ Igitur in Sacramentis ecclesie iam patet fons domus David. Sed rogamus, vt Deus faciat nos ex eo potare. In medio ecclesie est arbor vite, fructibus celestibus onerata: petimus tamē, vt his fructibus fruamur. Brachium Dni, eiusq; dextera iam fecit virtutē: oramus tamē vt brachium hoc nobis reueletur. Demū iam Euāgelium prædicatū est: Sed quia pauci credunt auditui nostro, ideo rogamus vt simus nos ex illis qui credunt. ¶ Vides quā cōsequatur hæc secunda petitio priorem? Rogat prima vt prædicetur regnū, rogat secūda vt à nobis suspiciatur. ¶ Non libet filere, quod hinc mihi succurrit. Videlicet, quod cum anima legibus Dei obedit, regnum Dei est. Quæuis anima cum Deū habet sibi fauentē, regnum intra se habet. O verē rem admirabilem! Totus sanē mundus regnum Dei est. At verō ita cupit Deus imperium animæ: vt vni animæ imperare, regnū sibi esse putet. Equidem multo pulchrius regnū Deo est vnicā animā, quā totus hic visibilis orbis. Siquidem corpus nūc mundus subiectus est animæ: & propter animā hic mundus factus est totus. Quis igitur non stupeat animæ capacitātē, intra quā regnū Dei est: ex Christi, regis huius regni, præscripto? Imo quis nō stupeat quod ipsius etiam Dei, anima nostra sit suo modo capax? Vchemētius stupeo, quod Deus ad animam veniat, & in ea mansionem faciat, quā quod regnū Dei intra nos sit. ¶ Demū aduerte, quod per fidem solam, licet in peccato simus iam dicitur Deus, licet nō plenē, in nobis regnare. Regnum siquidē nō solū ex bonis cōstat, sed etiā ex malis. Igitur per fidem, subiecimus collū Deo. volumusq; Deū regnare super nos, & ita ad regnū Dei & Christi spectamus. Vide igitur pulchrum ordinem. Prima petitio petit prædicationē. Secunda fidē. Tertia charitatem.

Fiat voluntas tua. Precamur, fiat voluntas tua, nō à te, scimus. n. quod voluntas tua à te semper sit: sed à nobis. Est igitur sensus, faciam⁹ nos Dñe tuam voluntatē, dum sumus in terra: sicut faciunt ij qui habitant in cælo. Prudentissima profectō petitio. A nullo enim nobis periculum est, nisi à nostra volūtate. Rogamus igitur, vt tātum periculum à nobis Dominus auertat. A nullo nobis fœlicitas maior est, quā à Diuine voluntatis amore: merito petimus, vt eius faciamus voluntatē. Impij dicūt, Magister, volumus. Et rursū, Impij legationem mittūt post Christū, nolumus hūc. Est ergo impiorum vox, volum⁹, nolumus. Piorū verō vox est. Nō mea voluntas fiat, sed tua. Videlicet, quia per nostrā volūtātē, vt p præcipitiū, descēdim⁹ in infernū: p Diuinā verō, vt per grad⁹ ascēdimus in cælū. ¶ Imo verō dum viuimus in hoc seculo, nostra voluntas, pijs etiam, infernus est. Sicut eā mortificasse, & eius loco Diuinam collocasse, verē paradus est. Vis quiescere, te ipsum nega. Hęc est regula Christianæ perfectionis, abnega te, ppter

Deū. Nō me latet, quod ad regnū Dei assequendū, sat sit, fecisse Dei voluntatē in grauioribus rebus: in his videlicet, in quib⁹ nō fecisse, mortale crimē est: sed nō te lateat, ad pacē, & quietē assequendā: id est ad perfectionē comparandā, illud esse cōpendiū, negasse te in omnibus. ¶ Hinc diligentissimē Christiane lector aduerte, Quod hæc oratio iubetur ab omnibus Christianis dici: & iubetur dici nō falsō aut fictē: sed verē & ex animo. Ergo ex animo quiuis Christianus debet de fideriū habere faciēdi in omnibus voluntatē Dei. Alioqui si voluntatē non habet faciēdi in omnibus voluntatē Dei, falsō precatur: fiat voluntas tua sicut in cælo. Ergo, vt me explicē, dicere volo: quod nō est graue periculū, si non facias voluntatē Dei, sicut sit in cælo: sed periculū est, si eam facere nō optes, sicut in cælo fit. Nō est piaculū, si alicubi pecces: sed piaculū ferē est, nisi cupias nō peccare. Nō est crimē non p̄ficere: sed malū est nō habere appetitū p̄ficiēdi. Vide si mihi diffidis D. Thomā. 1. par. q. 87. ar. 1. ad. 1. ¶ Et quidē cauendū nobis esset, vel in exiguis Diuine voluntati resistere, tū quia qui timet Deū nihil negligit, Tum quia qui aduersus Deum in minimis incipit infidelis esse, erit etiam & in magnis. ¶ Iam verō attende quā sit nephas Deū offendere: & intelliges, quā fuit necesse rogare, ne eius voluntatē offenderemus. Horret & deficit animus, vbi consideratū, quā malum & amar valde sit, relinquere Deū creatorē nostrū. Certē adeo amarū & malum est, vt nulla pœna tantę culpę digna sit, nisi inferni. Si igitur non facere voluntatē Dei, tā est Deo dedecus, tāq; nobis noxiū, an nō videbitur nimis necessariū, petere vt faciamus Dei voluntatē? ¶ Porro licet sint nōnulli, qui student Dei facere voluntatē, faciunt tamē adeo grauatē, illibenter, & amarē: vt ferē optafes nō fecisse: deo Dñs dicit. Fiat volūtas, sicut in cælo, id est, libēter, sine scrupulis, sine anxietate. Hilariter, magno & dulci animo. Hilarē. n. datorem diligit Deus.

Panē nostrum quotidianum. Tribus rationib⁹ adducor, ad credēdū nō esse hoc loco de pane corporali sermonē. Prior est, quia panis hic corporalis non est panis noster: sed iumēti, id est corporis nostri. Hō enim non ex corpore est præcipue sed ex animo. Cur ergo mentionē faceret de cibo corporis, animæ cibo relicto? Altera est, quia panis hic corporalis, non est superficialis. At in oratiōe hac panē supersubstantialē petimus. Diceo, nos non oramus supersubstantialē, sed quotidianū. Fateor, sed eo sensu accipi debet quotidianus, vt supersubstantialis sit. Tertia est, quia si de cibo corporali mētio esset, frustra eū peteret iā cœnatus. Et frustra peteret, cui eius cibi est copia domi. Imo & ille qui facile eū parare potest. Ea. n. à Deo petēda sunt, quę à nobis aut minimē, aut difficilē parari possunt. Et p̄fecto cū tota oratio de rebus sit spiritualibus, hæc partē solā de corporali pane intelligere: est assumentum

Zacha. 13.

Genes. 2.

Psal. 117.

Ih. ic. 53.

Psal. 8.

Ioh. nis. 14.

Math. 12.

Lu. c. 19.

Luce. 22.

Luce 9.

Eccles. 7.

Luce. 16.

Ierem. 2.

2. Cor. 9.

Math. 6.

assumentum vetus, in p̄nũ nouum assuere. Reliquũ ergo est, de pane spiritali intelligere. Et tunc suauiter oratio fluit, panem nostrum spiritalẽ, tu qui sp̄ualis es, da nobis, qui desijmus esse terreni, & spirituales cepimus esse. ¶ **1. Cori. 15.** Queres quis nam hic panis sp̄ualis sit? Ego contra queram a te, quis sit ille cibus inuisibilis, quo apud Tobiam, Raphael angelus se vti profitetur? Respondebit Theologus. Cibus est videre, & amare Deum. Et ego similiter respondeo, quod sicut beatis cibus est, Deũ per lumẽ gloriẽ videre, eo frui, ac delectari: ita pijs qui in terra sunt, cibus est, vt cognoscant te, & quem misisti Iesum. Cognoscant, sed, non illa obscura cognitiõẽ, quã etiam impij Deum cognoscunt, sed illa dulci & suauis, de qua dicitur, cibauit illum pane vite, & intellectus, Quã sancti Sapientiã, id est, sapidã scientiam appellant. Quãmq; Apostolus sentit cũ dicit, si tñ gustatis quã suauis est Dominus, ¶ **1. Petri. 2.** Cessat nunc solẽnis illa dubitatio, cur Dñs solum panẽ, nihil verò aliud petere docuit? Cui facilis responsio est, quod panis hic spiritalis mãna absconditũ est, omnẽ habẽs dulcedinẽ, & omnis saporis suauitatẽ. Substantia. n. (inquit) tua dulcedinem tuã, quã in filios habes ostendebat. & deseruiens vniuscuiusq; voluntati: ad quod quisq; volebat conuertebatur? Si ergo panis ille antiquus deseruiebat cuiusq; voluntati: & conuertebatur, in id quod quisq; volebat: quãto verius hic panis animẽ, cuius erat ille figura? Igitur hic panis cęlestis, pro cibo potu est, & indumento. Profectò qui hoc pane satiatur, ipsam famem habet pro cibo, nuditatẽ p̄ veste, tormẽtum p̄ requie. Vt verissimũ sit quod Sapia dicit. Omnia transfigurata, omniũ nutrici gratiẽ tuẽ deseruiebant, ad voluntatẽ eorum qui a te desiderati sunt. vt scirent filij tui quos dilexisti: quod fructus non pascũt homines, sed sermo tuus credẽtes in te conseruat. Pulchra profectò transfiguratio est, homini pane cęlesti satiatio: quod ipsa fames transformetur in cibum. ¶ **Galat. 6.** Infamia in bonam famã, & crux in gloriam. ¶ **A**duerte tamen non peti saporem, & dulcedinem in pane sed panẽ. Vt viri contemplationi dediti, nõ despondeãt animũ, si gustũ in cibo nõ sentiant. Si animus in Deo tibi robustus est, cibũ sumpisti: etiã si sapore non sensisti. ¶ **Dimitte nobis.** O rem verẽ stupendã! etiam illi qui panem cęli mãducauerũt, habent culpas: quas condonari sibi precantur. Etia illi qui semel sunt illuminati, qui gustauerunt donũ, id est, panem cęlestẽ: qui participes facti sunt Spiritus sancti, qui gustauerunt bonum Dei verbum, & virtutes seculi venturi: etiã hos, contingit labi. Dauid dicit Incerta & occulta sapientiẽ tuẽ manifestasti mihi: & tñ hic qui a secretis Dei erat, fœdẽ lapsus est. Quid ergo fiduciã habebit vir alioqui sp̄ualis? Neq; verò semel aut bis labi contingit, sed etiam sepius. Si enim rarerẽ labuntur viri pij: adeo vt in vita iterũ,

aut tertio labantur, nõ institueretur quotidiana oratio, in qua peccã dimitti peterem⁹, ¶ **Dices.** Non est sermo de sceleribus, & grauibus criminibus: sed de leuioribus peccatis: in quẽ septies iustus cadit in die. At qui liceat paulò diuersẽ sen p̄ouer. 24. tire. Primum, nõ tanti sunt leuicula peccata: vt pro eis sit tam ardentẽ rogãdum. Siquidẽ aque benediçtẽ iniectu mundantur. Secũdo. Rogam⁹ ita nobis nostra dimitti, vt nos dimittimus proximis sua. At quid erat necesse id rogare? Cũ nemo sit qui proximorũ erratula non condonet: quare & certum erat Deũ amicũ ad nostra leuicula cõnuere. Neq; enim morosum aut p̄fractum Deũ habemus, vt ad minima queq; contra nos excãdescat. Nouit siquidẽ figmentũ nostrũ, & recordatur, quia non Angeli, sed puluis sum⁹. ¶ **Psalm. 102.** Essetq; exactissimi rigoris, tantum vrbanitatis, politiẽ & munditiẽ a rusticanis hominibus exigere: quãtum Angeli p̄stant in cęlis. Igitur habemus peccata aliena, de quibus reddẽda nobis ratio est. Habemus etiam delicta occulta. A quibus orabat Dauid, vt mandaretur. Habemus deniq; ingenium quisq; suum, quo hic ad libidinẽ propensus est: ille ad superbiã: ad iram alius. in que, quia facilis est lapsus: rogamus vt nobis remittantur, sicubi labi infeliciter contigerit. ¶ **¶ Non ergo est quod illico animũ despondeas, si cecidisti. Id magis annitere, vt resurgas. Ne durare in peccato pergas. hominis enim est cecidisse, demonis verò non penituisse. ¶ Res verò p̄dicanda nobis occurrit. Oramus ita: dimitte, sicut & nos dimittimus. Quatuor ergo modis nos contingit proximorum offensas dimittere. Primo cum odiũ eius, qui nos offendit, ex animo nostro reijcimus, sed iniuriẽ p̄nã requirimus. Id verò est culpam, non p̄nã culpæ cõdonasse. Secundo, cum non culpam modo, sed etiã p̄nam facillẽ remittimus. Nihilq; pro iniuria satisfieri poscimus. At offensorẽ illũ, vt qui stomachum nobis moueat, refuginus: cum ad nostrã consuetudinẽ, non admittentes: quatenus. s. sine scandalo fieri potest. Tertio, cũ etiam ad pristinam familiaritatẽ, hominẽ reuocamus: sed velut donis & beneficijs nostris indignũ, illi bene facere non curamus. Quarto, cũ obliuĩ nostrẽ iniuriẽ offensorẽ nostrũ beneficijs onerare contẽdimus. Habes quatuor remissionis gradus. Nũc expẽde an ita tibi remittat Deus: sicut & tu remiseris? dicit. n. oratio Dñica, Dimitte, sicut & nos dimittimus.**

Et ne nos. Quantũ iudico differunt hæc: tẽtare: permittere vt tẽtemur, & inducere in tentationem. Deum enim tẽtare, fructuosum: permittere vt tẽtemur, periculosum: sed inducere in tentationẽ, funestũ est. Tẽtauit Deus Abrahamũ: cui in gloriã, & iustitiam Genes. 22. tentatio cessit. Permisit tẽtari Iob. & Petrum. Quorũ alteri tentatio ad coronam fuit: alteri ad lapsum. Induxit verò in tẽtationẽ Iudã: cui tẽtatio ad mortẽ successit: Vt ergo me explicẽ, tẽtat

h iij Deus,

Psalm. 50.

Hebræ. 6.

Galat. 6.

Sapie. 16.

Sapie. 16.

1. Petri. 2.

Eccli. 15

Ioan. 17.

Tobic. 12.

1. Cori. 15.

Deus, & permittit tentare hominē, qui adhuc vires habet, & robur quo facillē tentatori resistat. Imò verò dat ipse vires, & auxilia grandia quibus tentationē repellat. At cum auxilia illa maiora nō dat, tūc inducit in tentationē. Hoc verò est quod pij tantopere timēt. Dimisi, inquit, eos secundū desideria cordis eorū. Et alibi, cura uim⁹ Babilonē, & nō est sanata: venite relinqua mus eam. Igitur cum tentatur pius contra tentationē, fortiore Marte luctatur. sed qui in tentationē inducitur, perinde est, ac si in obscurum carcerē conijciatur: vbi vix locum ad fugā inueniat perindeq; est, ac si in tentationē velut in mare mergatur, vbi sit difficilis enatandi locus. Attende ergo rerū ordinē. Primitus hō pius robur habet, & arma: quibus munitus nihil tentationē timeat. Si verò tam potēs, manus victas vicio dederit: tunc si iterū tentetur, robur non inuenit, quo adeò facillē vincat. Quòd si tētetur, cum iam egrè resistere potest, tunc inducitur in tentationē. lapsusq;, dimittitur secundum desideria cordis sui, inde traditur in reprobū sensū. Tandē accipit operationē erroris, quo sic agatur ad mala: vt pij Spiritu sancto vrgente solēt agi ad bona. Itaq; qui à Deo tētatur, vel à Deo tētari permittitur, Dei adhuc amicus est: at qui inducitur in tentationē, is propter præcedentem offensam, Dei est inimicus effectus. Neq; tñ credas, eū qui in tentationē inducitur, tētationi resistere nō posse. Imo verò potest, alioqui si nō potest, in eam cadendo, culpa careret. inculpat enim est, qui succumbit ei, cui nō potest obistere. At ex eo dicitur induci, quia tentatio grauis est, vires verò exiguę. Vnde resistere vix pōt, pōt tamen: mansit. n. potentia, nō ad coronā victoris, sed ad culpam vincendi. Si n. Petrus tam fortis, tentatione subigitur: si Dauid: si Adam: quid iudicas facturum eum, quē peccati durum præmit iugum? Igitur tenta me Dñe, cum victor euadam: ne inducas me in tētationē, quę me deuoratura sit.

Sed libera *nos à malo.* Hic, malo, est masculini generis: & articulū habet emphaticum, videlicet. Libera nos ab illo iniquo, & scelesto, vt locus planē conuincat, de demone esse mentionē. Quòd euidēs est scientib⁹ grecē. Jam huius petitionis sensus apertior erit, recolentibus antiquū fuisse Ecclesię morem: cri minosos tradere satanę. Vt tradidit Paulus Corinthium illum, in interitū carnis. Tradidit etiā Himeneū & Alexandrū, vt discerent non blasphemare. Rogant ergo Christiani, ne contingat ita labi, vt tradantur Satanę. Quòd si etiam labatur, & tradantur ab eius potestate liberentur.

Et vide harum quatuor petitionū, pulchram consequentiā. Da panem, quo roborati peccata vitemus Quòd si non vitauerimus, dimitte: ne iratus inducas nos in tentationē peiorem. Quòd si iā induxisti, ne tradas nos in ius diaboli. Quòd si etiam tradidisti, libera nos ab eius virga & im-

perio. Qui sensus si tibi placuerit, miraberis hominis etiam pij, ficulneam fortitudinē. Qui pane cœlesti roboratus cadere potest, & à Deo irato induci in tētationē, & quod horréius est, tradi in potestātē Satanę. Ego quidē arbitror Iudā in hoc malorū venisse profundū. Credo. n. primū virum fuisse piū: & ideo in apostolicum numerum cooptatum. At is ita se precipitauit, vt traditus Satanę, diabolus illi misisset in cor facinus iusandū. Si ergo miraris hominis miseriam, mirare nunc Dei nostri misericordiā. Qui etiam traditū Satanę, à Satana liberet, sibiq; iterū reconciliet. Id quòd Paulus in suo Corinthio efficere contendebat.

Potest & generaliter clausula hęc intelligi, vt generaliter petamus à demone liberari. Naturalis est ouis ad lupū inimicitia: ita & ouitū Christi ad demōnē: qui nō modo lupus, sed leo est ferocissimus. Rectē igitur petit Christianus liberari à demone, qui legiones habet ministrorum. Qui mille habet nocendi artes, qui adeò est potēs, vt non sit potestas quę eomperetur ei super terram. Quitertiam stellarum partē traxit post se Qui est Leviathā ē naribus flammam euomēs. Cui halitus prunas ardere facit. Qui si permittitur, errorē seminare potest in intellectu, flammam in appetitu, turbationē in volūtate. Qui habet mortis imperium: cui datū est nocere terrę, & quid tandē nō potest si permittatur? Vide igitur quā recta ratiōe petimus ab eo liberari. Quòd si minorē credis eius potentiā, lege historiā Iob, & videbis quantū possit. Attende tamē, Diabolus est princeps mūdi, & rector harū tenebrarum & rex super oēs filios superbię. Eius factio nē ingreditur mors: Ideo n. dicitur habere mortis imperium. Cū morte verò peccatū habet fœdus. Siquidē per peccatū mors. Cū morte verò & peccato, reliqua pœnarum genera coniuncta sunt, iuxta illud: & amica mortis seua pœnarum genera Habet igitur diabolus suum imperium in peccato, morte & reliquis pœnis. Hęc. n. omnia mala sunt per peccatū in orbē ingressa. Cū ergo petimus liberari à malo: petimus liberari, ab omni malo culpę & pœnę. Vt à regno diaboli eruti: in regnū Christi, (quod est iustitia, pax, & gaudiū in Spū sancto) ingrediamur. Vbi nihil est mali, sed omnia plenissima bona.

Amen Id est efficiatur hoc, verū fiat, firmū efficiatur. Videlicet quia multos paruit Dñs pane cœlesti, multos eduxit à tētatiōe, & liberauit à serpentū ictu: at illi postea iacuerunt in deserto defuncti, nec terrā promissionis videre aut intrare meruerunt. Quid pfuit Iudę, quid Salomoni bonorū largissima copia, quam à Deo assequuti sunt? pfecto ad maioris pœnę cumulū bonorū illa liberalitas pfecit. Petimus igitur cū dicimus amē vt certa fiat vocatio nostra. Vt qui cœpit in nobis, ipse perficiat. Vt non sit in nobis est, & non, sed per Christum sit amen Deo ad gloriam nostram.

Sienim

psal. 80.

Ierem. 51.

Psalm. 80.

Roma 1.

Roma. 8 & 2. Thel. 2.

Psal. 25.

1. Corin. 5. 2. Timo. 1.

Math. 25.

Ioanis. 13.

2. Cori. 2.

1. Petri 5.

Luce. 8.

Iob. 41.

Apocal. 12.

Iob. 41.

2. Thel. 2.

Hebra. 2.

Apocal. 13.

Iob. 1.

Ioanis 12.

Iob. 4.

Roma. 5.

Roma. 14.

1. Cori. 10.

2. Petri 1.

2. Coria. 5.

Si enim Dimiseritis hominib⁹ peccata eorū. Ex hoc loco facile colligitur, in oratione Dominica, cū petebamus: dimitte nobis debita, sicut & nos dimitt. deb. nō fuisse mentionē de debitis alijs, quā de peccatis & culpis. Ideo enim Dñs explicatē dixit, Si dimiseritis hominibus peccata eorū. Nec dixit, si dimiseritis debita. Vt semper intelligeremus de offensionibus. Siquidē debita pecuniaria, quę mihi debes, possum tibi non remittere. Sicut nec Deus remittit tibi amorem, cultum, & vota quę illi debes. Remittit amanter offensas, quibus eum offendisti: nō remittit fidem, spem, & honorē quę illi sunt debita. Illi sit gloria, regnum, & imperium, per secula cuncta.

Cum autem ieiunatis.

Proprius hypocritarum, imō & omniū superborū, (quales sunt oēs peccatores) mos est, exterminare facies suas, vt alij appareant quā sint. Reuera peccatoris facies tetra est, & tanto pere fœdā, quāto piorum facies est pulchra. Reuera impij facies, facies est demonis, sicut pij facies, facies est Angeli, imo & Dei. Viderūt Pharisęi faciē Stephani sicut faciē angeli. Quid mirum si faciē angeli viderunt, in eo qui faciē habebat Diuinā? Inquit Paulus, nos reuelata facie, gloriam Dñi specularētes, in eandē imaginē transformamur. Id est, nos autē gloriā Dñi, in facie nostra (velut in speculo) suscipimus: ac ideo imaginē Dei referimus. Pari ergo ratione peccatores faciē habent diaboli. Apertū est quod Dñs dixit. Vnus ex vobis diabolus est. Quid ergo mirum, si qui diabolus est, diaboli faciē habeat? Cū ergo impij faciē habeāt tam fœdam, hanc extermināt: aliāq; faciē supponūt. Quid miraris, si cornix plumis alienis cupiat vestiri? Ego ita planē sentio: diuites, principes, & quosdā Episcopos nostros, hac ratione se auro, & argento, tā exactē vestire: vt faciē vilem quā ex meritis suis habēt, fucis illis mentiantur, & intuentiū oculos fallant. Qui. n. faciē habent sanctitate, & vitę luce fulgentē, faciē alienā fugiūt: vt pulchra matrona fucos exhorret, vt quę genuinū, nō mendicatum habeat decorē? ¶ An non idē faciunt, qui nihil nisi genus suū iactant? Certē exterminant facies fœdas quas habent, (ex propria desidia) fuligine & situ marcentes, faciēq; pulchrā maiorū suorū ostentātes. At Dñs inquit, cū ieiunatis: vt qui propriā habetis lucē, eius sanctitatis quę in animo fulget, & in vultu emicat: non est quod aliū vultum quęratis. ¶ Nota verbum cum ieiunatis: Vbi non precepit ieiunare: sed modū ieiunantibus prescripsit. O quā verū est: quod Euangeliū, & lex gratię, est lex scripta in tabulis cordis: & est spiritus vitę, instigās corda nostra ad opera spiritui, & gratię, & Christo, cōsentanea! Itaq; hic spūs, ppenfam facit voluntatē ad ieiuniū, ad orationē, ad eleemosynā, etiam si nullus id nobis precipiat. Cū ergo sciret Chri-

stus, suos, spiritu accepto, ieiunatos: non curat precipere vt ieiunent: sed quomodo ieiunēt, docet. Qui igitur nō ieiunare Christianos institunt, spiritui se sciunt aduersos. ¶ Nota secūdo verbū, cum ieiunatis: ita dixit supra, cum oratis: at nō dixit cum facitis eleemosynā. Indicās, ieiunia, & orationes cōmunes futuras in ecclesia. ex precepto siquidem Ecclesię ieiunamus quadragesimam: & oramus cū ad missarum solēnia conuenimus. ¶ Nota tertio, cum ieiunatis: & cum oratis. Non igitur semper aut ieiunādū corpore, aut orandū. Sunt tempora certa quę orationi, & ieiunio dicata sunt. Nec. n. spiritus humanus orare semper: nec corpus semper ieiunare potest. Indulgendū nō nihil genio, vt animus postea, & corpus efficacius operi suo incubere possint.

Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum. Crederem ego, nō leuibus adductis argumētis, morē quotidianū antiquis fuisse vngere caput, sicut & apud nos quotidianus est, faciem lauare. Vt enim nostri, qui paulō sunt corporis sui amatores, vnguenta odorata chirotecis admouēt, vt suauiter oleant: ita & antiqui vnguentum suaue olēs capiti, cum pexebāt, ad mouebant. Quod vel ex textu ipso dilucere potest. Dicit enim: vnge caput, faciē laua. Ac si diceret, sicut quotidie facis, ita fac cum ieiunas. Vt faciē lauas, vtq; pectine, vnguento peruncto, caput quotidie pectis: ita facito ieiunās. Et hunc arbitror esse natium sensum huius loci. Vt nihil aliud Dñs pretendat: quā dicere: cum ieiunas nihil insolitum facias: sed ea duntaxat, quę facere solebas. ¶ Sed quia potius fido maiorū meorum, quā meę sententię: ideo eorum vestigijs herēs, annotatione dignū cenleo. Apud antiquos vngēdi caput morem fuisse, in diebus festis: in regum, prophetarum, & pontificum inauguratione: in conuiujs: & in cultu corporis delicatiore. Hęc ita esse facile comprobare possum Sap. 2. dicitur: Vno pretioso, & vnguentis nos impleamus: & non pretereat nos flos temporis. Et Isa. 2. dicitur. Et erit p suauī odore fœtor, &c. Vterq; locus arguit: fœminas, & viros vnguentis se delinisse, in corporum delicias. Iā quod Magdalena fracto alabastro vnxit caput Domini, arguit: vnguenta conuiujs adhibita. Quod verō Elias vngit Iehu in regē sup Israel, & Eliseū in prophetā: probat, prophetas & reges inauguratos, vnguenti super caput eifusione. Demū quod dieb⁹ festis Palestini se inungerēt, satis probat D. Hieronymi autoritas. Et pbari pōt ex historia Dauidis: qui pro infante ieiunauit: vt sanaretur. Sed cum mortuū esse cognosset, quasi diē festū agēs, lauit faciē, & vnxit se, & mutauit vestes, &c. ¶ Senlus ergo Christi Dñi hic est, Christiane cū ieiunas vnge caput: Diē festū te agere existima. Festus sanē: cū spūs carnē suā vincit, refertq; de suo hoste triumphum. Festus est, cum arma demonis, ieiunio extenuat, &

Math. 6.

Act. 7.

3. Corin. 3.

sup 79

Ioan. 4.

Co. 2.

Luce 7.

3. Reg. 19.

2. Reg. 12.

2. Corin. 3.

Roma. 8.

hebetat, spemq; ei aufert de habéda victoria. Festus est: cum terrenus homo desinit esse, & incipit esse cœlestis. Festus est: cū capaciore fit hō, cœlestiū opum, & deliciarū eternarū. ¶ Secundo cū ieiunas vnge caput: quia efficeris vt sacerdos: vt rex: & vt ppheta. Enimvero si ieiunas, offers Deo, de tuo corpore sacrificiū. Non iā brutū, & irrationale: vt lex vetus offerebat: sed sacrificiū & hostiā humanā, rationalē, imo angelicā, imo Diuinā. Siquidē Christū portamus in corpore nostro, glorificate, inquit, & portate Deū in corpore vestro. sacerdos ergo fit, qui ieiunat: Idē est rex, si verē ieiunat. Habet. n. imperiū non solum super humerū suum, sed super corp⁹ totum suū. Regitq; se in virga ferrea, & tanquā vas figuli cōterit figlinam molē corporis sui. Est itē propheta, qui non verbis, non digito: sed toto corpore prenūciat vitam esse futurā: pro qua vitē presentis bona contēnit. ¶ Tertio cum ieiunas vnge caput, quia tibi Christū adhibuisti eo die conuiuam. Si. n. quōd reliquū ē ieiunio fuit, pauperi dedisti, Christū pauisti. Eūq; exhilarasti multo iucundius: quā si nardo pistico eius caput perunxisses. Imo etiam si pauperē nō reficias, si rectē ieiunas, Christū habes conuinā in ieiunio tuo. Etenim si Petrus quos occidit manducat: multo magis Christus māducat occisos. At per ieiuniū quiuis sese iugulat, & occidit. ¶ Quarto cum ieiunas vnge caput tuum. Delicati homines, quo se deliciores reddāt, vnguētis se optimis vngūt. Tu cū ieiunas, existima, ieiuniū vnguentum esse quo duritiē, proteruiā, & ferociam corporis tui molliorē reddas. alioqui regere nō poteris ferreum corpus, nisi oleo ieiunij emollieris. Iam quē non tormenta in corpore suo foemine sustinent, vt capillos inaurent, vt faciem illustrent, vt manns dealbent, vt corpus stringant: ita & nos, si sponsari cum Christo volumus, ieiunem⁹: hac. n. corporis cultura, Christo placere licebit. ¶ Quinto cum ieiunas vnge caput, id est, letissimū te exhibe, Quia si tu te Deo, per ieiunium donas: Deus se tibi per gratitudinem redonat. Quē verō maior causa letitiē, quā Deum intrō recipere? ¶ Sexto. Vt nō nihil ex horto morali decerpamus: vitē Christianē caput, radix, & principiū fides est. Facies eiusdem vitē, charitas est. primū certum nobis fecit Conciliū Tridentinū. Secundū verō D. Augustinus. Vt. n. facie cognoscimur: ita charitate suos cognoscit Christus. Igitur cum ieiunas, fidē vnge, id est fidē habe per dilectionē operatē. Quis. n. nesciat oleū letitiē esse dilectionē? Sed rogo, satis ne est ei, qui ppter peccata quē fecit, ieiunat: si fidem habeat, & dilectionem in Deum? minimē quidem: Sed sicut Magdalena caput vnxit, & faciem suam lachrymis lauit: ita tu qui peccasti, ne crede ad delenda peccata, satis esse fidem cū dilectione: nisi eandem dilectionē lachrymis laues, & dolore cordis perfundas. Non enim sola fide, & dilectione sine pœnitentia lapsi peccata

curatur. Vnge ergo caput, id est, fidem dilectione Dei. Sed eandem dilectionē, lachrymis doloris elue. ¶ Septimo. Cum Magdalena vnguentū adduxit, caput Christi vnxit. At sicut caput Christi De⁹: ita & facies Dei humanitas Christi est: in qua Dei ingenium resplēdit: & per quā nobis Diuinitas innotuit. Iam cū audis, vnge caput tuum, sensus est. Deum tibi mollem & benignū per ieiuniū redde. Difficilior res est explicare quid sit faciem, id est, humanitatē Christi lauare. Sed explicatur ex Zacharia. Iesus inquit, sacerdos magnus, erat indutus vestibus sordidis. Quid propheta? num in I E S V sordidum quid esse potest? Equidem nihil sordidum est in I E S V: sed oculis peccatorum vestes Christi sordent. Sordent. s. acta & opera Christi lippis oculis. Ita & facies Christi, eiusq; vita impijs sordida est. At quando nos. eam adoramus & veneramur, velut lauamus à sordibus. Igitur cum ieiunas ieiunium tuum in venerationem & reuerentiam ieiunij Christi offer: sicq; & Deū vnixisti, & faciem Christi à sorde lauasti.

¶ Nota verò illud, ne videaris hominibus. Itaq; quantum in tua voluntate est, apparere noli: sed si ita vel dignitas tua poscit, vel exempli dādi causa, vel aliud quidpiam: non est peccatum si te ieiunantem ostendas.

¶ Nota secundo, quantum periculi sit: si vir Deo dicatus, oculos ab interioribus ad exteriora à Deo in terram conuertat. Aduerte igitur quantum referat versari semper interius: quantum referat quōd interior homo sis, nūquam verò exterior. Ne ieiunes, inquit, vt videaris: quasi dicat, nunquam oculos à me diuertas. Vana est gratia, & falsa pulchritudo honoris humani: non hæc aspicias, ne à fallacia huius bracteæ dulcedinis decipiaris. Nam ieiunare vt videaris superbiē est. At nihil magis homini nocet, quā superbia, nihilq; est, quod magis odiat in homine Deus. Non enim nata est homini superbia,

¶ Nota tertio, sed vt videaris à Patrē tuo. Filialis amoris est opera facere, vt videantur à Patrē, & vt Patri placeāt: nihil est magis operē pretium bono filio, quā vt iucundum sit ei eloquium nostrum. Porro quia noster ignis non ascendit tam purus: quin fumum commissum extollat: nec vnquam nostri pectoris lux tam est candida: quin tenebrarum proprij commodi, quicquam admisceat: ideo inclināt nos Dominus ad interiorem conuersationem ex duobus. s. ex amore quem ipsi, vt Patri, debemus: & ex retributione quā ab ipso vt Patre expectamus. Pater inquit tuus reddet tibi, si Pater, & diues est, hēredē te faciet. Si tuus, id est, tui amator, non te exheredabit, dignum est vt conuerseris interius, vt hēreditate paternā dignus efficiaris. Summus ille est: summa misericordia fuit, quōd filios nos esse suos voluerit, summa ergo ab illo expecta.

¶ Nota quarto: Propria Christianorū opera sunt Eleemo-

Ioan. 12.

1. Cori. 12.

Zacha. 3.

Eccl. 10.

Prouerb. vlti.

Eccl. 10.

Psalm. 72.

Roma. 5.

Eleemosyna, oratio, ieiunium. Eleemosyna qua charitas effunditur proximo. Oratio qua Deo, Ieiunium quo corpori nostro amor exhibetur. Et licet corpus sit viri Christiani: etiam si castigatione non egeat, ieiunet, quia sicut Reges sumus, dando proximis omnibus eleemosynam, (quo ad licet,) & sicut propheta sumus Deū per orationem videndo: ita sumus sacerdotes Deo corpora nostra in sacrificium offerendo.

Nolite Licet sancti autores hanc partem superioribus attexuerint, credo tamē à superiori tractatu esse diuisam, vt quę rem tractet à dictis longē diuersam: tractat enim de auaritię eradicatione. Cū tamē in superioribus de vanę glorię contemptu loquutus Dominus fuerit. Tres enim sunt lanceę à quibus Absalon cōfossus interiit, scilicet: superbia vitę, quā in prioribus Dominus prohibuit. Concupiscentia oculorum seu diuitiarum, quam in hoc textu eliminat. His verò duobus eiectis facilius est concupiscentiam carnis auellere. Igitur suavis, & blāda litterę textura, de diuitiis, non congerendis loquitur. & persuasi mihi nullam literę violētiam, si possem, inferre. Thema igitur est Nolite thesauros in terra recōdere. Id tribus efficacissimis rationibus pbat. prior ex pericūlo. altera ex corde nostro, ne collocetur in terra. tertia ex damno si collocetur cor & oculus, totum enim fit tenebrosū. Adsit Christus explicationi. Prior ergo ratio est: ne recondatis thesauros in terra, vbi periculo obnoxij sunt: eruginis, tineę, latronū. Vbi plus innuitur quam explicetur. Innuitur, n. ne recondatis opes vestras in terra. Aliōqui perpetuò erit vobis timendum, ab erugine, à tineā, à furibus. Vt enim nulla tineā, vt nulli fures opes vestras ledant, nō potestis tamē nō timere semper ab eis. Porro hęc cura, hic timor, & pauor torquet cor vehementissimē. Quid igitur miser? Putabas te parare thesaurum, & parasti tormentum, putasti te tibi parasse gaudiū, & parasti tormentum, carnificem, lanionem. Sed verò grauius multo est quod sequitur. ex Euāgelio nouimus, quod Christus veniet sicut fur. Quē furem ipse cauere pcepit, dū dicit, si sciret Pater familias, quā hora fur veniret, vigilaret. vt ergo quam maximē fugias tineę, & aliorum latronum iniuriā: num effugies Christi, (qui sicut fur veniet,) non iniuriam, sed veram iustitiam? Veniet ille, & rapiet à te thesaurum tuum. quę autem congregasti cuius erunt? Fateor tu non recōdebas tibi, vt futurę, sed vt presentī vitę prospiceres. Sed equidem exiguus, & curtus est tibi visus: & angusta prouidentia, qui tam breui vitę consulis, non verò futurę. Imò si consulisses futurę, consulisses etiam presentī: & quia futurę non prospicis, existima nec presentī esse consultum. Pulchrē enim castigat te Deus, vt etiam furtū opum tuarum tu tibi facias: tuq; tibi fur sis. Planē tu congregans & recondens: reconditis non frueris: nō tibi tuę sunt opes in vsum. Nihil aliud ergo est

quod à fure expectes, quam quod tu tibi facis. Et certē à furibus opes tuę sublataę de tua ignauiā vindictam suscipiunt. habebas eas in carceratas, in obscuro reclusas, At illę nunc in vsum veniunt hominum, in quem à Deo erant institutę.

Thesaurizate *vobis thesauros in celo.* Planē quos condideris in celo, ne crede, tantum futurę vitę profuturos. Imò verò qui in celo recōditus est, thesaurus est: totum illud faciens quod fecisset, si in terra conditus esset. Quid enim à thesauro terreno expectares? Certē vt haberes quod tibi diutius viuētis sufficeret. At verò si in terra thesaurus esset reconditus, non permetteret te longius viuere: sed Dominus vt à stulto, ea nocte qua te diuitem credebas, repeteret à te animam tuam. Clarissimum est illud Psaltis dictum: Viri sanguinum & dolosi, non dimidiabunt dies suos. At nemo forsan est auaro dolosior, nemo forsan qui plures occidat, quos enim non pauisti occidisti. Igitur auari sunt viri sanguinū, sunt & dolosi. nō ergo dimidiant dies suos. Sed age fac diutius viuas. Venit tibi lis, & contentio: vbi thesaurum tuum absumas, admittis crimen, propter quod à iudice spoliaris. Sunt enim diuitię congregatę in malum Domini sui, propter eas enim efficiuntur homines elati, & intractabiles. ac ita multis casibus obnoxij, vt diuitias amittant. Sed fac eas non amittere. prouidentia Dei est: vt plus habenti, minus sufficiat. sed semper in tristitia miser auarus versetur, non ergo tibi thesaurus tuus sufficit: cuius causa est tibi corrixandum semper: est tibi cum cognatis perpetuò habenda discordia: est tibi ab heredibus continuo cauēdum. hoc verò tibi credis esse thesaurum? Quam verò suauis agitur cum iusto, qui thesaurum habet in celo. Dictū enim est, non vidi iustum derelictum. & rursum, oculi Domini super iustos, vt alat eos in fame. Et rursum: Diuites egerunt, & esurierunt: iusti autem non minuentur omni bono. Quid precor posset facere thesaurus, quod par sit, huic tā diuiti promissioni? Quod scilicet iustus non minuetur omni bono? Profectò nullus terrenus thesaurus est, qui prestare alicui possit, ne minuat omni bono. Ergo qui thesaurizauit in celo, credat se thesaurum in cœlis & in terris habere.

At dices, mihi non recondo, sed filijs. Profectò & id prestabit thesaurus in celo reconditus. Dictum enim est: Non vidi iustum derelictum, nec semen eius querens panem. Si semen tuum panem non queret, igitur si thesaurum in celo collocasti, existima te in terra thesaurum habere filio tuo seruatum. Eleganter dictum est: Beatus vir qui timet Dominum, qui in mandatis eius vult nimis. Potens in terra erit semen eius, generatio rectorum benedicatur. Audiisti, semen piorum futurum potens: forte non id pręstitisset thesaurus, quem curabas infodere terrę.

h v Sed

Regū. 18.
1. Ioan. 2.

Luce. 12.
Psal. 54.

Eccle. 10.

Eccle. 5.
1. Tim. 6.

Psal. 36.

Psal. 32.

Psal. 33.

Psal. 36.

Psal. 112.

Luce. 12.

Luce. 12.

Psalm. 117. ¶ Sed diligenter aduerte quod Psaltes hinc dicit: In mandatis eius vir iustus volet nimis. Cōgruit enim nostro textui. Nec enim textus dicit: Recondite vnum, aut aliud opus in cœlo: sed recondite thesauros. vbi annota: non solū iubet, vt recondas vnum thesaurum, sed thesauros: vt videlicet vir iustus, non in vnico mandato velit nimis, sed in omnibus. Memēto enim, qd' ex seruis

Math. 25.

qui talenta acceperunt, non fuerunt seruati, qui vnum, aut alium numum negociati sunt: sed qui decem, aut certē quinq; talenta exposuerunt ad mensam. Ex talentis verò thesauri recōdi solēt.

¶ Aduerte rursus: (quod sine dolore animi scribere nequeo) Si thesaurus est tibi in cœlo repositus: ne crede solum in cœlo: sed in ipso Deo, in ipso Dei sinu, in ipso corde Dei thesaurū collocatū. O quam verē tutum locū habent opes tuę!

Quis poterit eis incommodare? Sed ô miseriam!

Peccatum est quod nobis eas auferre ē sinu Dei potest. ô longissimas & rapacissimas vngues peccati, quę ad cœlū pertingere, & a Deo thesauros nobis nostros rapere possunt. O nimium audax peccatum, quod in diuina penetralia irrumpere non veretur: indeq; multo tempore & labore, & sudore partas opes sine misericordia, miseris eripit. ô Dei verē rigidam iustitiam, cui omnes fores diuinę patent: ô verē Dei æquam bonitatem, quę peccato peccatoribus thesauros rapiēti, fores non occludit.

¶ Scio non ita tibi peccatum opes abstulisse: quin si conuertaris, opes in Dei sinu reconditas inuenias. Sed quid si non conuertaris, an non tibi eas peccatum eripuit? Scio etiam, quod si non cōuertaris, quę tibi non proderunt opes, aliis profuturas. Thesaurus enim Ecclesię ex superfluis sanctorum operibus, & ex his quę autoribus suis non profuerunt, aggregatur. Sed quid ego lucror, si ex meis opibus alios video ditatos? Ergo peccatum est, quod mihi si pecco, opes meas abstulit, qd' me nudū, & seminuum reliquit.

¶ Porro quā pulchrē Dominus notauit, non nos hinc habere ciuitatem manentē, sed futuram inquirere! Vt enim qui ad Indos penetrant, inde corradere suas opes contendunt, quas in patriā p̄mittūt. vt eis in patria frui liceat: ita Dñs vult nos intelligere, nos in India esse, vnde thesauros in cœlū p̄mittamus. Quis verò credidisset, in terra hac thesauros Indicos esse?

Luc. 10.

Hebr. 13.

Ratio.

Vbi enim est thesaurus tuus ubi est cor tuum.

Igitur si in terra est thesaurus tuus reconditus: iam est cor tuum, viuens in terra sepultum: si thesaurum tuum sepelisti, cor tuū sepelisti. Quod si thesaurus tuus a tineis & blattis corroditur: planum est, cor tuum a vermibus etiam corrodi: vt nihil sepulchralium conditionum desit tuo cordi sepulto. Sed ô miserum cor tuum, quod cum vermibus, cūq; tam vili milite continuū bellū gerit. quem vicisse verecūdia est, a quo vinci, nefas. Quā fuisset tibi fœlicius, corpus potius q̄ cor habere sepultū. Quā fuisset fœlicius a vermibus terrenis corpus: quā a spiri-

tualibus cor, habere corrosū? Tanto enim maius damnum a spiritali tineā cor tuum recipit: quanto est cor corpore nobilius. ¶ At contra si thesaurus tibi est in cœlo, cor habes in cœlo. Sedes tibi cœlū est. Quid? Si sedes in cœlo tibi est & terra est scabellū, vbi consistunt pedes tui: nū Deus es tu, cui cœlum est sedes, terra autē pedū pedamentū? Agnoscis lector Christiane altitudinem huius verbi, in cœlo est cor tuum? ¶ Iam mirari minus possum, cum audio: quosdam Christianos, cum gaudio suorum bonorum iacturam suscepisse, scientes se meliorem in cœlo repositā habere substantiam. Imo verò video causam cur David dicat: In imagine pertransit homo, & frustra conturbatur, thesaurizat enim nesciens cui congregat. At expectatio mea, quę alia est, nōne Dominus? Cur David? Quia substantia mea apud te est. Ita planē: cuius substantia apud Deum est, quid habet quod expectet, nisi Deum? Expende verò Theologe, quid sit: substantia mea apud te. ¶ Iam si in cœlo non sunt lachrymę, nō dolor, nō mors: p̄fectō intelligere potest quiuis, an in cœlo cor suum habeat. Si n. spiritalis vir, gaudiū habet & pacē in spiritu sancto, in cœlo est. Si habet gaudium plenum, & quod, inquit, nemo tollet a vobis, in cœlo est. Si sicut mons Sion nō commouetur. Si dicit: Mihi adherere Deo bonū est, & ponere in Deo omnē spem, omnesq; diuitias meas, hic in cœlo est. ¶ Quis verò nō stupeat harum rerum commercium? Cor tuum est in cœlo, & cœlum in te. regnū enim Dei intra vos est. tu in Deo, Deus in te. inhabitabo enim in eis, & inambulabo. Sed hęc satis. Igitur Christi ratio efficacissima est thesaurum in terra nō collocare, sed in cœlo. non sepelias cor tuum, sed diuinum potius efficit.

Lucerna corporis est oculus. Hęc tertia ratio: Cuius valor hic est. Si oculus tuus

est lucerna corporis, consequens est, vt oculus anime, sit anime lucerna. Si hęc lucerna munda sit a ter: & cōmistu, totum te reddet lucentem. At si eam terre miscueris, ipsa tenebris obruta, totū te reddet tenebrosū: & ô quanta tenebrarum multitudo obruet te? Emunge oculos precor te lector.

¶ Primū inquit Dñs lucerna corporis est oculus. nō dicit lucerna hominis, vt scias subtiliter distinguere lucernā corporis, q̄ est oculus: a lucerna anime, quę cor est. Neq; statim cōtēnas, cū audis, cor esse lucernā anime, & p̄inde toti⁹ hois.

Probetur tibi potius modus loquendi sacre scripture, quā scholarū tantopere idioma receptū. Atqui Spūs sanctus dicit: Exceca cor populi huius. Et apud Paulum: Alienati a vita Dei, per ignorantia quę est in illis, propter cecitatem cordis eorum. Et Christus: Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt. mūdum ergo cor videt, si cut immūdū exceccatur. videre verò & exceccari oculorum est. Vide nunc quā pulchrē annexuit Dominus secundę rationi tertiam. Secūda ratio dixit: ne colles cor tuum in terra. Inde

ortum

1saie. 66.

Hebr. 10.

Psalm. 38.

Apocal. 21.

Roma. 14.

Ioanis. 16.

Psalm. 124.

Psalm. 72.

1 Ioanis. 4.

1saie. 6.

Eph. 4.

Math. 3.

vide supra

76.

ca. 2.

ortum habet tertia. Si cor collocaueris in terra, lucernâ tuâ in terra locasti, & ideo nō iam lucerna erit, sed tenebrę. Id primum malum: Secundū malum, totus tu efficieris tenebrosus. Tertium: Ipse tenebrę in te quate? Id est immesse erunt. Habemus quid sit lucerna hominis, est enim cor.

¶ Cor verò potest esse simplex aut nequã: & hinc nullum est medium, aut enim cor tuum dignū est cœlo: & ita oculus est simplex: aut inferno, & ita nequam conuicitur esse. Hic ego non possum nō mirari diuinam sapientiam: nam cum Christus esset Hebręus, & Hebraicę loqueretur: at quę hebręis erant difficiliora, per Latina, & Gręca reddidit clariora. Certę verbū, simplex, Hebręis sonat integrum, & perfectum. Ita dicitur: Erat Iob

Iob. 1.

vir simplex, quod peritissimi hebręi sermonis, exponūt: erat vir integer, & alij, erat vir pfectus.

¶ Ex hoc habes: cor eius qui recondit thesauros in cœlo: esse cor simplex, integrū, atq; perfectū. Est enim hoc cor in cœlo, & in Deo: in quo nihil nisi diuinum esse potest. Contra verò, cor recondens thesaurum in terra, cor nequam esse.

¶ Habes secundo: modum quo liceat tibi cor habere perfectum, scilicet si simplex habere contēderis. Ille verò cor simplex habet, qui vnum tantum respicit. Illud, videlicet, qd' est necessarium. Cor simplex est, quod omnia quę facit, Dei amore facit: Deoq; placere, vni & soli desiderat. Cor istud planē thesaurum condidit in cœlo & licet thesauros habeat in terra, perinde habet, ac habebat Iob: qui cū amisisset, nihil stultū loquutus est in ore suo: Enimvero, quia iuxta pceptum

Luce. 10.

Pauli: ita possidebat: ac si non possedisset. ¶ Nota verò diligentissimē: Si oculustuus fuerit simplex totum corpustuum lucidum erit. Cura enim viri perfecti, simplicis & integri, est: se totū illustrare, se totum circumspicere, & lucernâ suâ se totū examinare & expēdere. Verebar, inquit simplex

Iob. 1.

Iob: omnia opera mea. Vir integer est totus sibi notus. probat. n. se, an in fide sit: vt inquit Paulus

3. Corin. 7.

Quotidie enim viri boni euertunt domum suam, nequid sit quod oculos Dei offendat. Contra viri qui habent thesauros conditos in terra, sunt sibi penitē ignoti, quia toti sunt in tenebris: habent cor mille peccatorum vulneribus saucia-

Iob. 9.

tum, habent cor semiuuū: nec curant tamen.

3. Cori. 13.

Luce. 15.

¶ Nota secundo: Erit inquit lucidum totū: & infra, erit tenebrosus totū. ergo aut places totus: aut displices totus. Non potes Deo partim placere, & partim displicere. Qui enim offenderit in vno, factus est omnium reus. ¶ Nota tertio, solum cor simplex sufficere ad illustrandū corpus totum. Prima cura tua sit, cor simplex habere. Id si habeas, totus lucidus es. Rectē ergo Dominus petit dicens: fili, prebe mihi cor tuum. Id enim vbi Deo datum, & in Deo collocatum fuerit, totum hominem Deo donat. ¶ Nota quarto: ex hoc cor nostrum nequam fieri, quia thesaurū in terra recondit. ¶ Dissimulare hoc verbum nequęo. Dicit Dominus: si ocul⁹ scilicet cor tuū

Luce. 10.

Iacobi. 2.

Prouer. 23.

nequã fuerit, totum corpus tuū tenebrosus erit. At Domine diuites hi auari, tumulos in Ecclesiis edificant, basilicas erigunt, templa Dei exornat: Imo frequēter pauperibus eleemosynas largiuntur. An non diuites illi Iudei magnifica dona in gazophilactium mittebant? An non hęc opera sunt lucida? Cur dicis, totum tenebrosus esse? Planē si reconditos habet diues thesauros, (cum tot sint miserę egeni,) quę facit opera, habent gloriam apud homines: apud Deum verò, non item. tenebrosa sunt. Si cor nequam est nihil inde profectum, Deo gratum est, ad vitam eternā comparandam. Habes ergo, cor thesaurizans, tenebrosus esse: & totum hominem eiusq; opera tenebrosa, & Deo ingrata reddere.

Luce. 25.

Si ergo *lumen quod in te est.* Id est, si cor tuū, quod luminis loco habet anima tua

tenebris est obsitum: ipse tenebrę, id est, ipsa peccata quanta in te erūt: Quasi dicat: Vbi cor amissit lumen, peccata agminatim irrumpunt. non est peccatum vnum aut aliud, sed est omnium peccatorū colluies. Verissimē enim dictum est

Psal. 103.

Posuisti tenebras & facta est nox in ipsa pertransibunt omnes bestię syluę. Vbi enim nox cordis est, omnia peccata bestialia certatim irruunt. Solenne dictum Pauli est: Radix omnium malorū

1. Timo. 6.

cupiditas, non, inquit, ex hac radice vnum peccatum prodit, sed omnia mala, quasi diceret, vbi cor tenebroso veneno cupiditatis inficitur, o

quanta mala in ipsum ingrediuntur: Certē quia qui volunt diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, & desideria multa, & nociua, quę mergunt hominē in perditionem. Non dicit in desideria pauca, sed multa. Ipse enim tenebrę quantę?

1. Timo. 6.

Corgor ita exponere, quia nō possum adduci, vt per ipas tenebras, aliud intelligam quā peccata, reliqua enim alia obtenebrari possunt, sed non sunt ipse tenebrę. Iam si peccata sunt tenebrę, verē dicit Dominus: si cor tuum cupiditas inuasit: omninō charitas ab eo relegata est. Vbi enim charitas triumphat, cupiditas perit. Quōd si charitas ē corde cupido explosa est, quantę in eo erunt tenebrę peccatorum? Vt intelligas quā

verē dictum sit, nihil est iniquius quā amare pecuniam: quia videlicet non est ibi vna iniquitas sola, sed multę. Dicit Propheta: Diuites eius repleti sunt iniquitate.

Eccli. 10.

Mich. 6.

Nemo potest duobus.

ANTE omnia mihi sunt explicanda vocabula. Mammona, Chaldaicū est: significās diuitias, & substantiam. Arbitrorq; non significare dæmonem pfectum diuitis. Quod hinc colligo: Inquit Dominus: facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Et rursus: Si in iniquo mammona infideles fuistis. Vbi apertē nequit intelligi de dæmone: sed de opibus. pari ergo iure & hoc loco, nō de dæmone, sed de substantia & diuitis mentio est. Alterū vocabulū est sollicitudo. Ex cuius intellectu reliqua pendent, gr̄cis est: merimona.

quod

quod significat curam anxiam, & inquietam. Vnde Cicero 4. Tuscula. quæst dicit: Sollicitudo, est egritudo cum cogitatione. Est igitur egritudo & morbus animi & 1. de finibus, dicit: Eas sollicitudines, quibus animi eorum exeduntur, à diis supplicij causa importari putat. Tertium est liliū. Est verò duplex liliorum genus. Album, quod Græcis est lirion, & rubrum, quod est Græcis erinon, locus verò noster non loquitur de liliis albis. hæc enim cum in hortis nascatur: curam, & cultum hominum exigunt. loquitur igitur de liliis rubris, sub nomine, crina, & quia hæc nullam curam requirunt, (ea maximè quæ lilia agri sunt,) ideo de his mentio est. Secundò loco tractandum mihi est, an liceat sollicitum esse Christianum. Et Primo apertum est, (licet Caietanus contrariū dixerit,) quod sancta sit cura & sollicitudo de spiritualibus rebus. Ad Roman. 12. sollicitudine non pigri, et qui præest, in sollicitudine. 2. Cor. 11. quotidiana sollicitudo mea, omnium Ecclesiarum. Ephe. 4. solliciti seruire vnitatem fidei. Coloss. 4. Epaphras semp sollicitus p vobis. Secundò etiã apertum est: quod sit scilicet sollicitudo de temporalibus, quãdo in spiritualium commodum cedunt. Paulus ad Galat. 2. inquit. dexteras mihi dederunt tantum, vt pauperum memores essemus: quod etiam sollicitus fui seruire. Quam sollicitudinem apertè monstrauit, in prima & secunda ad Corint. Tertio: Non est mala sollicitudo de temporalibus, vbi prius sunt eterna quæ sita. 1. ad Corint. 7. Paulus dicit: Mulier sollicita est, quomodo placeat viro. Quarto: Profectò si licet habere sollicitudinem placendi viro: licet etiã habere, quomodo pascat pater filios: & cum non minore iustitia obligetur quis sibi, quàm uxori aut filiis: non erit mala sollicitudo, quã quis sibi consulit in temporalibus, vbi consuluit prius in eternis. Quinto: quod igitur Dominus damnat hoc loco, id est: quod temporalia quæras eternorum oblitus: ita curare hæc quæ videntur, ac si nihil essent eterna. Hoc enim est, quod dicit Psal. Statuerunt declinare in terrã oculos suos. vocauerunt nomina sua in terris suis. Psalm. 48. Hi dicuntur habitatores terræ. Vnde inquit, habitantibus in terra. Apocal. 8. Mortui in delictis. Ephe. 2. Alienati à vita Dei, per ignorantiam Ephe. 4. Hi habent hinc ciuitatem manentem, & ideo futuram non inquirunt. Hi non se reputant vt hospites, & peregrinos super terram. Ad Hebr. 11. & 1. Petri. 2. Demum non sunt ciues sanctorum, & domestici Dei. nec accesserunt ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis. &c. Ad Hebr. 12. Sexto: Quod Dominus hoc sermone contedit persuadere, id est: Vt confidamus de eius in nos prouidentia: de eius amore: de eius paterna pietate. quod quæ scit nostras necessitates & amat nos vehemētius quàm ipsi nos. Quod item multo melius nostris rebus consulimus ipsi fidetes, quàm curam nostri habentes. & demum, quod nostra sollicitudo rebus nostris non commodat: imo incō-

modat potius. Septimo Christus multa verba expendit, cupiens sollicitudinem temporalium à nobis reuellere, quia sollicitudo est acus qua filum in animam ingreditur. Ex sollicitudine siquidem diuitiarum, amor: ex amore apponitur cor: ex corde apposito ingreditur cultus, & obsequium Mammonæ, Deo vero contempto.

Nemo potest duobus Dominis seruire. Miraculum est, quod duobus Dominis miser homo seruire velit, quod quæ à vero Domino suo discedere cupiat. Pulchrè Jeremias dicit: Quis non timeat te, o rex gētium: quia tuum est decus. Si decus, si gloria, si quidquid optari potest, abundantiss. in Deo inuenitur: quid est, quod homo Domino suo contempto, alterius domini obsequium querit? Sanè nulla creatura est, quæ à sui Domini præcepto discesserit: Cur ergo homo discedit? Me, inquit Dominus, non timebitis, & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari: præceptum sempiternum quod non præteribit. Intumescant fluctus eius, & non transibunt illud. Populo autem huic factum est cor incredulum, & exasperans: recesserunt, & abierunt. Et non dixerunt in corde suo: Metuam Dominum, Deum, nostrum: qui dat nobis pluuiam temporaneam, & serotinam, in tempore suo. &c. Profectò iustum erat, vt quem cæli, elementa, & cunctæ creaturæ non relinquunt, nec homo relinqueret. Homo scilicet tot beneficiis auctus. Homo quem ita dilexit Deus, vt filium suum traderet: non in aliud, quàm in mortem, eam quæ acerbißimam. Quid demon habet, quo homines in suum vexillum pelliciat? Est ne ille diues? Est pulcher? Est ne blandus? Obstupescite, inquit Deus Cæli super hoc, & portæ cæli desolamini vehementer. me dereliquerunt fontem aque viue: & foderunt sibi cisternas dissipatas: quæ continere non valent aquas. Si homo natus fuisset, vt demonem coleret, non erat miraculum, quod illi seruiret. At natus est homo, vt summum bonum amando possideret. O quæ verè inquit: Nunquid seruus est Israël, aut vernaculus, quare ergo factus est in prædâ? Quod si ignoranter, aut incaute in Syrtibus homo incideret, venia dignum crimen esset. Nunc verò admonemur, excitamur, terremur, vapulamur: vt demonis obsequia fugiamus. nec tamè est qui auelere nos à malo nostro quærat. En dicitur nobis: nemo potest duobus dominis seruire. Si alicui alij seruitis, à Domino discessistis. nec est tamen, qui à veterno excitatus, ad Deum suum accedat.

Vnum diligit. Homines alij pij sunt: alij impij. Pius homo, Deum diligit, demonem odio habet. Deum enim pius diligit toto corde suo. At, qui diligit Dominum odite malum. Impius verò diabolum sustinet, & Deum contemnit. Pars ergo illa: vnum diligit referenda est ad iustos. Pars verò altera: Vnum sustinebit, debet referri ad peccatores. Iam miraculi loco est. quod homo sustinere velit demonem: quem cæli susti-

Ier. 10.

Ierem. 8.

Ioan. 3.

Ierem. 2.

Ierem. 2.

Deuter. 6.

Psal. 36.

quæ sollicitudo. S. an. etc.

Psal. 16.

Hebr. 13.

Ephes. 2.

li sustinere nequiterunt. nec sustinere poterat infernus. Infernus, inquit, subter, conturbatus est in occursum aduentus tui. Qui diabolum sustinet, iumentum est: quod super se iugum oneris, (id est, iugum onerosissimum) habet. Qui diabolum sustinet, sceptrum exactoris sustinet. Quam verò graue sit iugum hoc, quam durum sit tale sceptrum, vel inde colligi potest: quòd solus Christus id rescindere, & ab humeris nostris auellere potuit. Rursum inde colligitur, quòd anima nostra, aliò qui in cœlum nata volare, hoc pondere grauata, in infernum ita demergitur, vt erigere se, & pòdus excutere in eternum non possit. Iam si demon sustineri posset, Deo non contempto: ferri vix poterat. at omnibus lachrymis res digna est, quòd ita tuum pondus diligas: vt potius Deum contemnere, quam pondus abiicere velis. Elegàter Dominus: quomodo si mulier, contemnat amatorem: ita Israël contempsit me. Profectò ingemisco, quòd Deus amator sit: à nobis contèptus. Si amator est, nihil aliud queras. Quid enim non dabit, quid non faciet: imo quid non promeretur, qui amator est? Quis ergo est hic contemptus? Quis contemnès? Què porrò contemptus est pœna?

Non potestis *Deo seruire, & mammonè.* Igitur Mâmon, (qui diuitiarum nomine nuncupatur) Dei hostis publicatur. Inimicus Dei est. Si enim pro eo non est, contra eum est. Bellum ex nunc Christiani habent: cum auaris diuitiis: quibus, & Deo nemo seruire potest. Dux, rex, & vexillifer noster, pauper est: inimicitias cum opibus habuit intestinas. adeò vt in presepe nasci, in cruce nudus mori voluerit. Qui igitur opibus cupit inseruire, ex pauperis Christi phalange exiit: ad alterius ducis castra defecit. Sacra Christi mater dicit: deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles: esurientes impleuit bonis, & diuites dimisit inanes. Quasi diceret: Christus exeruit dexterâ suam, fecitque potentiam in brachio suo: dispersit superbos, deposuit potentes, euacuauit diuites. Igitur pugna in exorabilis est Christo cum auaris potentibus, & diuitibus. Planè diuites & potentes ire in cœlum possunt, sed non ibunt, nisi auaritiam ex animo eiecerint. At quia difficillimum est opes habere exterius, & animum pium interius: ideo reatè dictum est, quàm difficile qui diuitias habent regnum Dei possidebunt. Nunquam non malè audit auaritia, etiam inter Ethnicos: sed inter Christianos maximè. hi enim iubentur Christi vestigia sequi, & ita ambulare, sicut ille ambulauit. At ille nec vbi caput reclinaret, habuit. Vnde igitur hæc persuasio hominum mentes inuasit: vt Deo simul & opibus seruire se posse existimèt? Firma stat sententia, non potestis Deo & mammonè inseruire. Què sententia etiam si à Christo sancita non esset, ipsa eam confirmaret experientia. qui diuitiis seruit, eas vndecunq; corradit, animum habet crudelem, nulli miserie compa-

titur: Vbi ergo charitas est? At in charitate proximi tota lex comprehenditur.

Nolite *ergo solliciti esse anime vestre.* Dum mecum tacitus hanc periodum expèdo, difficilior apparet. Quid Domine, nū prouidentiam damnas? Num prudentiam humanâ à tuis expellis? Quis est sapiens qui vel triticum in annum non recondat? Ad hæc, prima responsio mihi occurrit gratissima. quòd Dominus speciatim cum Apostolis, & prædicatoribus loquitur: Hi enim cum sarcinam Verbi diuini vbi que deferre debeant, liberi à curis esse debent. Ne penuriam timentes, ab officio prædicationis abstineant. Hos vult Dominus esse securos: siquidem eorum specialissimam Pater habeat prouidentia. & ipsi non poterunt huic officio plenè inseruire, si curam victus & vestitus sibi assumant.

¶ Secunda responsio etiam placet: Quòd si ad omnes Christus sermonè direxit, eius sermo emphasin habet. Similiterque fecit Dominus, ac faciunt, qui virgam recuruam in rectum flectere contendunt: in diuersam partem eam reflectentes. Ita Dominus à cura secularium rerum, omnino nititur corda nostra diuellere, vt vel hac ratione, minus illa curemus. Exemplum huius habemus in præcepto de diligendo Deo ex toto corde, anima, mente, viribus. Nemo sanè est qui hæc efficere ad plenum possit. At facere iubemur, vt dum ad cacumen ex imo contendimus, ad medium saltem perueniamus. Ita nihil curare precipimur: vt dum id præstare conamur, minus nos cura sollicitet. ¶ Tertia responsio est: Huius præcepti virtus ex præcedentibus pendet. Nemo inquit duobus seruire potest: non enim potestis seruire Deo & mamonè. Ideo si sollicitudo secularis à Dei seruitio auocare vos debet, præstat nihil sollicitum esse. non igitur veto vos esse sollicitos: veto tamen esse sollicitos, si hæc sollicitudo Mamonè seruire coegerit. ¶ Quarta responsio: Arbitror hæc verba Domini non esse præceptum, sed solum consilium. non enim dânationis verba aliqua profert, sed dulcedinis, & blandiciarû. Et cum nimis durè loquitur, ita dicit: quanto magis vos modicè fidei, at modica fides nō est mortale peccatum, sed nostrè naturè imbecillitas. Vt cum Petrus validum ventum timet, & modicè fidei taxatur. ¶ Quinta responsio: què scholastica est. Planè vit de cœlestibus sollicitus primò, & maximè: licet postmodum sollicitetur de terrenis, non potest dici sollicitus de temporalibus. solenne siquidè est Theologis, quiduis à præcipuo suo nominari. Sicut Pij nominatur cœlestes, spirituales, diuini: contra verò impij vocantur puluis, terra, caro, atque putredo. Si igitur præcipua sollicitudo tua est de cœlo, licet non nihil sollicitus sis de terra, verè implet hoc præceptum, ne sollicitus sis de esca, aut de veste. ¶ Sexta responsio est: Is reuera dicitur sollicitus de esca & veste, qui à sollicitudine, suum remedium pendere putat. At qui nihil omittit operæ, quom-

Roma. 13.

Deuter. 6.

Math. 14.

1. Cor. 13. & Galat. 6.

nus

Psalm. 54. nus assequatur quod optat: expectans tamen operę suę successum à Deo: is iactavit verè cogitatum suum in Dominum. Et hæc est conditio piorum. Planè Dauid dicit: Non enim in arcu meo speravi, & gladius meus non saluauit me. **Psalm. 43.** Saluasti nos Domine de affligentibus nos. Et alibi: Nec enim in gladio suo possederunt terram, & dextera sua non saluauit eos: sed dextera tua, & brachium tuum. At profectò pugnabat Dauid pro virili: pugnabant & Iudei. Sed quia non expectabant scilicet finè ex brachio suo, sed ex Deo: Ideo non dicuntur in gladio suo possedisse terrã. Ita qui omnia necessaria facit, ad cibum assequendum, eum tamen expectans à Deo, sollicitus dici nequit de esca, sed de Deo. Hoc enim est, quod **Psalm. 144.** Psalmus dicit: Oculi omnium in te sperant Domine. & tu das illis escam. certè omnia recipiunt à Deo escam, non ociosa: sed nec sollicita.

Septima responsio: Fortasse Dominus nihil aliud vetat, quàm sollicitudinem in longissimum tempus. Sanè aues, & cetera animalia querunt sibi cibum: at non in multum tempus. imo nec auara formica, nisi ad annum in horrea sua conuehit.

Nōne anima plus est quàm esca. Sensus est vt arbitror. Si anima est plus quàm esca: querite prius, cibum animę quàm escam, quæ est cibus corporis. Et si corpus est potius, quam indumentum: querite primum vitam æternam corpori, quàm vestem. Potiorum enim potior debet esse cura. Curate ergo primum vt & anima, & corpus in æternum viuant, quàm quibus temporaliter non moriantur.

Ioan. 7. Sed libet te Domine interrogare: Tu ipse dicis: Ego sum panis vitæ: tu igitur esca animę es. Et **Roma 13.** Paulus dicit: Induimini Dominum IESVM Christum. Tu igitur vestis nostra es. Si igitur anima est plusquam esca, num est anima potior quàm tu? Imo & si corpus est veste melius, erit ne melius te, qui corporis nostri vestis es? An non dignaris minor nobis esse? Planè sicut placuit tibi, minister noster esse, & inter nos versari, non sicut qui maior est, sed sicut qui ministrat: ita & placuit hæc ratione minor videri, quòd cibus & vestitus noster esses.

Respicite volatilia cæli. Rubore suffundor hoc Domini verbum audiens. Quid Domine, tam inscius est homo, tam ignarus & rudis, vt etiam à brutis addiscere debeat? Factus est homo sapiens: ad imaginem siquidem Dei sapientissimi. Cur ergo à volatilibus cæli, vt à magistris, omnium magister homo docebitur? Video iam, quod homo qui in honore erat, iumentum factus sit & ita dignè ad bestias erudiendus mittitur. Porro consolabor me ipsum: is enim qui me respicere volatilia iussit, ideo iussit, vt dum in volatilia cæli oculos erigo, ad cælum erigam: imo ad Deum potius, qui multo locupletius me docebit, quam ipsa volatilia cæli docere poterant. Nec enim missus sum videre

bestias terrę. ne scilicet deiiciens oculos ad bestias terrę, terram spectarem: & à terrenis oculi detinerentur. **¶** Nam te precor lector attende. nescio quid subolet mysterij. Solenne est, volatilia cæli demones nominare, nam Dominus dicit de semente: qui prope viam cecidit. volucres inquit, cæli comederunt illum. Et explicans quę essent hæc volucres, dicit: Venit diabolus. & cetera. Igitur, volucres cæli demones sunt. Porro certum est his, qui vel gustum sanctarum literarum habent, quàm frequenter Dominus faciat, quæ demones ab eo petunt. Petit demon locum tentandi Iob: Petit facultatem intrandi in porcos. Iob. 1. Petit etiam vt decipiat omnes prophetas. Et Dominus fecit voluntatem eorum. Et Dominus clarum verò est. quòd cum facit quę illi cupiunt, velut pascit eos: pascit igitur Deus coruos istos, qui canistrū cibis plenum, in capite pistoris Pharaonis, deo rare permittuntur. Audi nūc valentissimū Christi argumentū. Si, inquit, demones etiam, hostes Dei, Deus ipse pascit, non defraudans eos desiderijs suis, quanto potius pascet vos, sibi amicos & seruos? Non libet hinc discedere, quin admodum lectorem huius verbuli. Si volatilia pascit Deus, quę non seminant, quanto magis pascet vos seminantes? Textus enim ita dicit: Volatilia quę non seminant pascit Deus. nōne plaris estis vos quàm illa? At profectò, si homo ocio, & desidia torperet, non esset plaris quàm volatilia, imo longe minor: illa enim nunquàm torpore & ocio marcescunt. Quid enim ab homine alienius, quàm ocium? Planè iustus Adam operari iubetur. Et peccator, non nisi in sudore vultus pane vesci permittitur. Et homo natus est ad laborem, vt auis ad volatum. vt ergo quę nunquam volaret auis, auis non esset: ita qui ociatur homo, nec homo est. Igitur efficacia rationis est. Si volatilia quę non seminant, pascuntur: quāto magis vos pascemini, qui seminatis, metitis, & in horrea conuehitis?

Considerate lilia agri, non laborant neque

uent. Vt videlicet laborado, & nendo vestem quam habet conficiat. horsum enim loquitur de labore filandi, & nendi. **¶** At verè locus dubij plenus est, cur dicit: Dico vobis neq; Salomō in omni gloria sua, vestiebatur sicut vnum ex eis. Quid? Non erat pulchrior Salomō gemmis fulgēs: & auro: quàm vile liliū agri? Regina Sabba vidēs vestes Salomonis, & seruarū eius, præ admiratione stupet, nec in ea est spiritus: num amisit spiritum lilia cōsiderans? Iam si Salomō sapientissimus erat, cur non potius ex liliis vestem contexit, quàm ex gemis & auro? Et demum, quis est, qui non pulchrius aurum dicat quàm liliū? Ad hoc respondeo: quod oculos fecit nobis cupiditas: quibus non quæ verè sunt, pulchra credamns: sed quæ apparent. Si amas fœdam fœminam, pulchra tibi videtur. Et Cottę Ciceroniano, Iulci cuiusdam pueri oculi pulchriores videbatur, quàm nobiles Veneris oculi.

Ita

Ita & auaris nobis, vestis ex auro, pulchrior videtur, quàm lilia campi. Eleganter Ambrosius taxat auaros, qui lubentius spectant aurum quàm Solem. Si tibi oculi essent sani, in lilio spectares Dei artificis manum: in veste aurata manum hominis, qui eam texuit, videres. Quàtoq; tibi gratior esset Deus homine, tanto pulchrius videretur liliu, quod pinxit Deus: quam vestis quam texuit homo. Profectò Sponsus Deus, nihil ferè habuit, quo pulchritudinem sponsæ laudaret accuratius, quàm dicens: sicut liliu inter spinas: ita amica mea inter filias. Demum non ea pulchra, aut decora iudices: quæ contempsisse, & fugisse, decorum, & pulchrum est. Memor esto Publicolas illos, Valerios, Attilios, & Cincinnatos diuitias viriliter despexisse. Maius dubium est quod me torset. Cur Dominus cum proposuisset pulcherrimas lilij vestes, ad fœnum agri transcurrit? Cur non dixit: considerate lilia, quæ si ita Deus vestit, quanto potius vos? Sed relictis liliis ad fœnum descendit. Ego credo mysterium subesse. Apertum est, lilia capi pios significare: Sicut contra fœnu significat impios. Spôsa. n. dicitur liliu & ois caro fœnu, hoc. n. fœnu est, quod hodie est: & cras in clibanum inferni mittendū erit. At, nō erat grande argumentū. Si Deus lilia, id est. pios vestiret. Maius multo est, si etiam impios sic vestiat. Argumenti ergo virtus est: Considerate lilia: quæ piorum vicem obtinent, quâ pulchrè vestiat a Deo. Cōsiderate etiam infideles: qui fœnum sunt, citò in infernum mittēdi. Cū igitur hos Deus ita diuites reddat, quanto magis vos? Ex his facile colligere licet: quàm verū sit, quod si per lilia iusti intelligantur: nec Salomō in omni gloria sua vestiebatur, sicut vnū ex his liliis. vestis siquidem nuptialis quâ iusti vestiuntur, & stola illa prima, quâ Pater venientes ad se induit, longè præcellit Salomonis vestes, quâ tum libet pulchras. Rursum collige: quàm sit verū quod fœnu hodie est, & cras in clibanū mittitur. Impij enim hodie tantum sunt. Pij hodie & cras, sicut Christus est hodie, & est in eternū. Sed impij hīc viuunt, postea morituri. Eleganter, licet dolenter, impij in inferno dicunt: Nos nati, cōtinuō desuimus esse. vnicum. n. diē vixerunt: quem diem non cupiuit Sanctus ille, cum dixit diem hominis nō desiderauit, tu scis Domine. Vt igitur hodiernus dies breuis mora est: ita & breui impij vixerunt. homo enim natus de muliere breui viuut tempore. O verò rē eximiè horrēdam: Cras in clibanum mittitur. Vbi impius ita possidebitur ab igne, vt possidetur fœnum, cū in clibanū coniicitur. Penetrat mors intima viscera mali. mors enim depascet eos. Vide verò firmitatem impiorum, qui nunc comparantur fœno, nunc paleis.

Quanto *magis vos modice fidei?* Iudicio meo graue, imo & grauissimū probrū est, cum dicitur modicæ fidei. video non esse peccatum mortale: sed video nihil viro fideli, ferè di-

ci posse, quod grauior sit contumelia: quàm quod modicæ fidei sit. Sanè si iustus ex fide viuut: quatenus fides est initium salutis, fundamētumque, & radix totius vitæ spiritualis: (vt ex Concilio Tridentino docemur) apertè fit, si modica fides est, modicam etiam esse salutem. Vbi enim radix tenuis est, necesse est totam plantam tenuem esse. Solenne est Theologis: quod fides per alias virtutes, actus omnium virtutum exercet. sicut solet manus, per digitos. at si debilis est manus, necesse est debilia esse opera ex digitis prodeuntia. Eleganter inquit Thomas: ad fidem spectare lucem in intellectu, promptitudinem, deuotionem, & confidentiā in affectu. Si igitur fides est exigua: necesse est, lucem exiguam esse, deuotionem & confidentiam modicam. Si hæc exigua sunt, quid magnum in nobis esse potest? Demū si Dominus dicit: Fides tua te saluam fecit. Vbi exigua est fides necesse est, salutem ex tenui filio pendere. Et quidem rem hanc ipsa confirmat experientia. quot enim naufragium patiuntur in fide, quia prius eam habuerunt exiguam? At nos fide contenti minore, quàm illa, cui hīc Dominus (vt exiguam) exprobrat, confidimus, & securi iacemus. Est verò graue dedecus quod Deo inurimus, quando modicæ fidei sumus. grauissimè enim vir probus ledi se putat, cum modicā in illo fidē habemus. quāto Deus ledetur grauius?

Hæc enim *gentes inquirunt* Gentes non habent patrem Christum, nihil ergo mirabimur: si patre destituti, sua sollicitudine sibi consulant. At Pater vester est Deus: qui vult, vt de vobis non sollicitemini. Item gentes: quia peccatores sunt: minores sunt quàm huius seculi bona. Si enim peccator nihil est: minus sanè est, quàm id quod aliquid est. non ergo mirandum, si minora appetant, & querant eas res quæ maiores sunt. At nos tanto sumus cibus, potibus, & vestibus maiores: quanto sunt humanis diuina maiora. Querant igitur nos cibi & vestes, nos non ea queramus. Rursum qui nihil habent in cælo: nihil mirū, si toti querant terrā. gentes spem non habent: non habent in cælo repositam meliorem substantiam: ideo querant sibi terrena. Nos verò thesaurum, redemptionem, & iustitiam habemus in cælo. Cur ergo secularia curamus? Adde: qui nullam in futuro seculo habiturū sunt requiem, nihil mirum si hīc fatientur. Qui enim non habent in terra promissionis panem, descendunt pro cibus in Ægyptū. At nos quibus parata est in cælo mēsa: quibus disposuit Pater regnum. vt edamus, & bibamus: qui potādi sumus ex fonte dulcedinis, imo de torrente voluptatis. Quibus ea parata sunt, quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor ascendunt: cur hīc cæpis, & allis, & Ægyptiorum carnibus satiemur? Demum: quibus seruilis conditio est, nihil mirum si nihil aliud tractent quàm terram. At qui filij sunt, qui in sabbato sunt delicato indignum est si terram, & nihil aliud tractent.

Scit

Cantic. 2.

Isai. 40.

Math. 22.
Luce. 15.

Hebræ. 13.

Sapien. 5.

Jerem. 17.

Iob. 13.

Psal. 48.

Abacuc. 2.

Tho. 2. 2.

q. 3. artic. 1.

2. 2. quæst.

5. artic. 4.

Luce 18.

gentes inquirunt

1. Tess. 4.

Hebræ 10.

1. Cori. 1.

Genes. 42.

Psal. 22.

Luce. 22.

Psal. 35.

Isai. 64.

Name. 11.

Isai. 43.

Scit

Scit enim *pater vester, quod his omnibus indigetis.* Et scit, quod propter eum indigetis: eius enim amor fecit, ut hæc omnia relinqueretis, & eum sequeremini. At esset crudelis Deus, si curam non haberet eius: qui propter cultum Dei, curam abiecit sui. Si igitur cura & sollicitudo cibi & potus eum vexarit, qui propter Deum omnia reliquit, dicat sibi: quod dicit Elcana uxori suæ Annæ, tantopere de sua sterilitate sollicitæ. Nunquid non melior inquit, ego tibi sum, quam decem filij? Ita planè dicam ego: nunquid non melior mihi Deus est, quam omnis cibus & potus? Profectò qui credit suas Deum scire miseras, & non sperat diuinum adiutorium, iam fatetur se esse in inferno danatum. Danatorum enim miseras & calamitates nouit Deus, & perpetuò illis subuenire recusat. ¶ Sed vigilatissimè lector aduerte: Deus pater vester scit, quod his omnibus indigetis. Deum immortalem? Quid? Non est Pater Deus illis, qui omnibus non indigent? Solum ne pater est iis, qui his omnibus indigent? Num non erit pater diuitum, qui cibos, potum, & vestes habet? Equidem non est pater diuitum: nisi parati sint propter Deum (cum oportuerit) pauperes esse, & victu & vestitu indigere. At pater Deus est diuiti, qui plus vult dare, quam habeat: qui quæ non nunquam indigere vult, ut alij non indigeant. ¶ Rursum aduerte: Scit Pater quod his omnibus, nempe cibo, potu, & veste. Igitur viri pij his solis indigent. habentes enim victum, & quibus tegamur, his contenti sumus. Verè Deus pater est eorum, qui victu & vestitu contenti sunt, reliqua contemnescentes. Nec enim ferè contemnere potest hæc imago, nisi qui iam facti uir summis.

Quærite *ergo primum regnum Dei.* Quasi dicat: agnoscite opes & diuitias regni diuini. Agnoscite vos illis esse natos. Agnoscite quod nisi regnum queratis, in infernum trudemini. Agnoscite, quod si id queratis: reliqua omnia que queritis, erunt vobis adiicienda. Querite, inquit, regnum, non quodcumque, sed regnum Dei: quod est regnum omnium seculorum: id est quod diuitias, delicias, & honores, (que omnibus fuerunt seculis) in se comprehendit. nec ita comprehendit, ut è manu eripi possint: sed in eternum possidebit, qui ea semel habuerit. Querere iubemur illa bona, que regnum Dei sunt. Nihil dici potuit excelsius, quam regnum Dei: Ut nescias quid mirare prius, aut Dei largitatè, que in regnum suum hominem ascuerit: aut hominis stuporem, qui ad tantam promissionem languet, nihilque mouetur. Ego verò ex duplici capite stupeo. primum quod nihil regni diuini splendor nos moueat, etiam poenis inferni conterritos, nisi tantas opes queramus. Alterum, quod cum ad assequenda secularia bona, via proposita sit certa, facilis, & aperta, scilicet si queramus regnum Dei: nos ne regnum queramus, sponte caremus secularibus, que alioqui tantopere querebamus. ¶ Sed causam huius iam teneo. Saul cum audit se regno hebræorum poti-

turum, nihil mouetur: imo Samuèli rem tantam promittenti, inquit: nunquid non filius Iemini ego sum, de minima tribu, & de minima cognatione in Israël? Quare ergo loquutus es mihi sermonem hunc? Quasi diceret, non hæc ad me pertinent. At is qui reserat verbum de regno, ubi insiluit in eum spiritus Domini, regium animum induit: nihilque, nisi regium conficere cepit. Ita & nos cum homines tantum sumus, nihil ad nos regnum Dei pertinere putamus. Sed cum primum in nos spiritus Domini insiluerit, intelligemus nostram dignitatem, & nihil regio nomine indignum facere tætabimus. ¶ Sed mouet forsitan te, quod hic Dominus permittit. hæc, inquit, omnia adiicientur vobis: at multis seruis Dei hæc non videtur adiecta. Quod & agnouit Paulus dicens: Circuierunt in melotis, egètes, angustiat, afflicti, quibus dignus non erat mundus. Imo in se est expertus Apostolus cum dicit: in fame, & siti: in ieiuniis multis: in frigore & nuditate. At quis Paulo regnum Dei quesituit vehementius? Hæc cum vident imperfecti potius sollicitudini suæ se committunt, quam promissioni diuinæ. Sed à te lector inquiri. Quis nam dicitur cibum habere: qui cum cibo quem habet, dolet: an qui cum cibo quo caret, gaudet? Planè cibus queritur, ut animus cibo contentus sit. qui igitur fame contentus est, is magis habet, quam qui cibo contentus esse nescit. Hæc est igitur diuina prouidentia ut si regnum quæras. aut cibus tibi adiciatur, aut (quod est cibo maius) animus. sua sorte contentus. Audi Apostolum: quem fame siti, & nuditate confectum proponebas. Non quasi propter penuriam dico: ego enim didici, in quibus sum sufficiens esse. Scio humiliari, scio & abundare. in omnibus institutus sum, & satiari, & esurire: & abundare, & penuriam pati. Da tu mihi hunc animum, & ego tibi regias opes relinquo. ¶ Et aliud etiam aduerte: Non querit regnum Dei, qui reliqua superflua querit. Quod si necessaria querit, hæc ferè vbique parata reperiet. Eleganter Dominus: Cum misit vos sine sacculo & pera, num aliquid defuit vobis? Respondet illi, nihil. Pauca enim illi querebant, que vbilibet obuia inueniebant.

Nolite *ergo solliciti esse in crastinum, crastinus dies sollicitus erit sibi: sufficit diei malicia sua.*

O utinam tantum apud nos ratio valeret, quantum impotens cura valet. Ratio dicit: Vita nostra vapor est. fumus est. sagitta volans est. nauis cursus est. memoria hospitis vnius diei est. Cur ergo in tam breue tempus tanta nos cura sollicitabit? Quod si etiam longissima vita futura sit: annitendum nobis esset, ut quæ minimè curis & anxietatibus grauaretur. Satis sunt ea mala que inuitis nobis, nostram vitam laceffunt, impugnant, & expugnant. Cur ergo libètes, a iam præterea mala, (velut onus onerari) iniiciamus? Vehementius nos curæ exagitant, quam ea que vulgo magna mala censentur. cur ergo ea quærimus, que nos adeo pungunt? ¶ Illud dignum expensione est: Sufficit diei malicia sua, que nam hæc malicia fuerit? Sanè iustitia regni diuini

1. Reg. 1.

Hebr. 11.

2. Cor. 11.

1. Tim. 6.

Phil. 4.

Psal. 144.

Luce. 22.

Sapient. 4.

Deuter. 6. diuini est: vt Deum toto corde, anima, mēte, memoria, fortitudine, & viribus queramus. Ita n. sancti in cœlo, nihil aliud tractāt, & nihil aliud erat tractari dignum: iustitia enim exigit, vt Deus ita colatur. Cum igitur dies quibus viuim⁹, hoc iustum nos vetēt implere: planè mali sunt.

Genes. 47. Malicia enim est iustitiam vetare. Si ergo dies hodiernus suis necessitatibus auocat nos, ne iustum Deo impendamus, cur curas dierum sequentium assumemus, quibus magis à iustitia ista recedamus? Antequam peccasset homo, vidit Deus cuncta, quæ fecerat: & erant valde bona. Proferebat, n. terra homini (nō ocioso, sed operanti) cibos necessarios, sine tamen hominis cura. Post peccatum verò: agnouit homo bonum, & malū. Diesq; mali & pauci etiam apud iustos inuenti sunt: vt non nisi cum cura & angustia panis noster sit vescendus. Christus igitur reparator innocentie, præcipit, vt si insudore panis sit vescendus, vescamur tamen sine cura, sicut Adam vescabatur.

Math. 18. ¶ Iam si est necesse, vt veniant scandala: ita vt non possimus peccata omnia cauere: sed peccandum est contra fratres, aut contra Deum: an nō dies mali sunt? Adeò mali, vt sat sit eis malicia sua. ¶ Quòd si malum valet pro laborioso, o quam mali sunt dies nostri, quamq; omni labore plenissimi! Siquidem in eis Deum amare debemus, & timere: corpus nostrum castigare, & fouere: proximum diligere & cauere: infernū expectare & vincere: pœnas amplecti & superare:

CAPVT VII.

Nolite iudicare & non iudica.



GGREDIAR LOCUM hunc: vbi rogatum habuero lectorem, prius cuncta percurrat: quam quidpiam damnare præsumat. Ea igitur in primis dubitandi ratio se offert, Cur Dominus iudicare vetauerit? Siquidem ipsemet instituit Apostolos, ecclesie sue iudices? Dicēs, sicut misit me Pater, mitto vos. Quòd cunq; solueritis, aut ligaueritis super terram: solutum, aut ligatum erit. Et Paulus iudicat Corinthiū: Petrus Ananiā. & tandē de fide est, ligari in cœlo, quæ iudices Ecclesie ritè ligant in terra. Ad hoc prima responsio fuerit, Apostolus inquit: nihil dānationis est, ijs qui sunt in Christo. Cui⁹ ratio est, quia sicut in Adā oēs moriuntur: ita in Christo oēs viuificantur. Ipse etiā habet, quòd Christiani sūt iustificati gratis per gratiā Dei, & per redemptionem Christi. Planè multò plures iustò sunt mali Christiani: At Christianitas ex se, ex suaq; ratiōe facit suos cultores, bonos, pios, in quibusq; nihil sit dāna-

tionis. Christianitas, n. regnū cœlorū est, quod iā in nos appropinquauit. Vt igitur in regno cœlorum nulli sunt penitus mali: ita in Christianitate ex sua ratione, nulli deberent esse mali. Vt qui iam mortui sunt peccato, non ei amplius viēturi, Consepulti enim sumus, vt in nouitate vitæ ambulemus. Iam vbi nulli sunt mali, nulli planè sunt iudicandi. Lex enim iusto non est posita, sed iniustis, non subditis impijs & peccatoribus. Si quis verò iustos iudicet, vt malos, planè is sibi dānationē acquirit. Nolite ergo, inquit, iudicare, quia nemo ex vobis esse deberet iudicio dignus. Exemplum accipe, est monachorū conuentus strictissimus, religioq; & obseruātia grandis. Si in eorum domū quis te introducat, dicet, caue quēquā monachorū rideas: caue iudices, viri sunt sancti, & probatissimę vitæ: Ita futurum erat inter nos: sumus enim regale sacerdotium, gēs sancta: dilecti Dei, & vocati sancti.

¶ Secunda responsio. Equidem verissimum est, nihil esse dānationis, his qui sunt in Christo, si non secundū carnē ambulant. Sed quia perspiciebat Dñs multos futuros qui secundū carnem ambularēt, cur dixit: nolite iudicare, & nō iudicabimini? nū iudicabitur, qui fornicariū, tale in esse iudicauerit? Responsio. Vult Dñs Christianos suos conuerti ad cor. Loquitur enim pacem in plebem suā Dominus, non in quosuis, sed in sanctos. Si roges qui sunt hi? sanè sunt qui conuertuntur ad cor suū: in corde suo habitantes: vbi interior hō est. Vbi habent regnū cœlorum: quod intra vos est, dicit Dñs. Quia igitur oculi viri spiritualis, toti vident se: nihil curantes, reliqua cuncta videre: ideo nihil iudicant. Et propterea non iudicantur. Certè prauū est cor hominis: qui igitur sui infirmi cordis plagas curare cōtendit, nihil curat alienas. Sensus ergo Domini est. Si tua tantum exactè curaueris, alios nō iudicabis.

¶ Tertia responsio. Sciebat quidem Dominus, futuros multos exteriores homines: qui cum Dina interius nesciunt latere. Ideo posuit Apostolos qui iudicarent: at admonuit eos prius, quale esset ingeniu charitatis, quæ si iudicat, coactè iudicat. Nolite ergo iudicare. Nullum lapidē non mouete, antequā iudicetis. Videte Deum, qui cupiēs seruare mundū, quem iudicare iure merito poterat, mille quæsiuit remedia, mille excogitauit artes, ne iudicaret. Non enim venit filius hominis, vt iudicet mundū. Videlicet quia charitas, quā venit Christus accendere, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Gratiatē igitur ad iudicandū mouetur. Qui verò animo crudelis est, dānationes & tormenta desiderās, hic nescit cuius spiritus sit.

¶ Quarta responsio eadēq; acuta. Solū cum illis Dñs loquitur, qui apertos habēt oculos, vt festucas alienorum oculorū perspiciāt. Profectò festuca, palea est minutissima: videriq; vix potest: nisi is qui eam in oculo patitur, admoneat te quòd intus eā habet. At sunt malè feriati homines, qui has festucas

Math. 4.
Roma. 6.
1. Tim. 1.
1. Petri. 2.
Roman. 1.
Roma. 8.
Psal. 84.
Luce. 17.
Jerem. 17.
Genes. 34.
Ioānis. 3.
1. Cor. 13.
Luce. 9.

cas nitantur videre. Hos nocentissimos homines Dñs alloquitur, ne inquit iudicetis. Ne dicatis, sine eijciã ab oculo tuo festucã. Pestilētissima pestis est, etiã minimas labeculas fratrum nostrorũ curiosẽ peruestigare. Etiã si eas inuestiges ad eruendũ: quanto potius erit pestis, si eas educas ad reprehendendũ, & calũniandum. Reprehendit Dñs eos, qui festucas vident ad sanãdum: quanto potius reprehẽdat, eos qui eas vident ad amplius figendũ. ¶ Quinta responsio. Admonentur carnales homines, qui peccatorũ mortaliũ trabes in oculis habent, ne de vita spiritaliũ hominum iudicẽt. Explicatius id dico: Admonẽtur Prẽlati, & confessores, ne si carnales sint: confessions virorũ spiritaliũ audiant: vt de eorum infirmitatibus iudicent. Ea. n. quẽ infirma in eis sunt: fortiora sunt, quã illa quẽ, vt fortia, carnales exercent. Ideo enim Petrus futurus õniũ pastor, interrogatur: an plus omnibus amet. Neq̃, enim festucas omniũ euellere debet, qui non est omnibus sanctior. Igitur de trabibus iudicare quiuis poterit: de festucis verò non nisi qui liber à trabibus est. ¶ Sed interim aduertat qui festucas habet, aduertat inquã vir, qui spiritalia tractat: ne confessorẽ suum, aut Prẽlatum despiciat, etiam festucã aliquam in oculis habentem. Sat viro spiritali sit, confessorem habere, trabem in oculis non habentem. Non enim Dominus dicit, hypocrita eijce primum festucam ab oculo tuo. Sed eijce primũ trabem ab oculo tuo, & ea eiecta videbis eruere festucam. Igitur in Iudice (vt benẽ iudicet) requiritur sanctitas, à trabibus libera: nõ verò requiritur mūdiciẽs à festucis pura. Rara. n. auis est, omnino à festucis aliena: multo verò rarior, quẽ cum scientia (ad iudicandũ necessaria) non coniunxit aliquot festucas, quas scientiẽ vẽtus, inflãs, secum attollit. ¶ Sexta respõsio est. Si quis nouit verbum Domini: quod vni ex his minimis fecistis mihi fecistis: nouit etiam, quòd iudicãs fratrem, Christũ ipsum iudicat. Est enim quiuis nostrũ membrũ Christi, frater Christi, & anima cuiusuis nostrũ sponsa est Christi. Quis ergo adeò desipiat, vt Christũ, & res tantopere Christo dilectas, iudicare vellit & dãnare? David dixit, ad Abiatar, qui quẽsierit animã tuã, quẽret & meam. Ita quiuis nostrũ putet se à Christo audire: qui quẽsierit animã Christianorũ, & animã meã quẽrit. At nescio quid horroris habet, ipsum Dñm velle dãnare. ¶ Septima, quartẽ similis respõsio est. Non dãnatur hĩc Dñs eos qui de alienis trabibus iudicare pergũt. Sed eos qui de festucis sollicitantur: ac tantopere dãnant, vt necesse putent eas ab oculis euellere: ac si ipse festucẽ perse ab oculis non dilabantur, aut qui habent, euellere minimẽ sufficiant. Si trabes priuatus iudicas, operam perdis: sed nõ adeò cõtra te Dñs excãdescit. At quòd festucas dãnes: quòdq̃; credas, esse necesse eas ab oculis eruere: quòdq̃; nemo nisi tu, eijcere sufficet: id sancti-

tatis est & ignorantissimẽ, & arrogãtissimẽ. Festuca est quòd discipuli illotis manibus manducant: quòdq̃; cum sponso suo non ieiunent: quòdq̃; sabbatis spicas euellant. At tu pharisẽe hęc iudicãs & dãnas: non pateris eas esse in discipulis: aut non credis discipulos eiecturos cũ fuerit necesse, hoc dãnatur Dñs. O secula nostra hoc pharisaismo plenissima, in quibusdam festucis euellendis sumus toti: crimina maiora non curamus.

Qua mensura mensi fueritis. Sensus est.

Si charitas est mensura qua aliena opera mensuratis: charitas erit, qua vestra mensurabũtur. Igitur charitas multa dissimulat: operit enim multitudinem peccatorũ, & quẽ non amantibus peccata videntur: amanti bus aut bene, aut certẽ non malẽ videtur. Quòd si reuera mala sunt, charitas amanter corripit: & si necesse est, dolenter magis quã inimicẽ castigat. Hęc est charitatis mensura. Hac Deus metitur piorum opera. plura enim hi faciũt: quẽ oculis nostris mala videntur, Diuinis tamen verẽ probantur. Vt furto sublata benedictio Iacob, furẽs in Agag vindicta Samuelis, & alia. Idq̃; magnum solamen sit sanctis hominibus: quòd multa admodum faciunt opera: quẽ si à malis fierent, vt crimina damnarentur à Deo: sed quia à pijs fiunt, non damnantur, sed forsan coronantur ab eo. Occidit Moses Ægyptium, & in sabulo abscondit. Occidit Phinees fornicantes: an non hęc crimina videri possent? planẽ. Sed zelo Dei facta, charitas Dei suscipit. Quòd si etiam mala sunt quẽ iusti faciunt, corripit & punit Deus: at non in furore corripit & punit, sed in multitudine miserationũ suarũ. Hac ergo mensura metitur pius Deus. Impij verò, timeo dicere qua mensura mensurentur à Deo. Sed dicit psalmus, cum sancto, sanctus est Deus: sed cum peruerso, peruersus est. Humiles. n. saluos facit, sed oculos superborum humiliat. & alibi Dolosi iniquitas inuenitur ad odium. Imo non modo iniquitas eorũ inuenitur ad odiũ: sed & neomenias, & sabbata eorũ odiuit anima Dei, & oratio eorum fit in peccatũ. Et sicut impij pios miserũt & subsãnauerũt dũ viuerẽt: ita De⁹ in eorũ interitu ridet & subsãnat, dũ illis quod timebãt acciderit. O verò rem vehemẽter & timendã, & desendã: quòd Deus in nostro interitu rideat, & subsannet.

Quid autem vides festucam. Quatuor mirabilia in hoc textu considero. Primum quòd in oculo alicuius hominis esse trabs possit. Secundum, quòd qui trabem habet, eam non eijciat. Tertium, quòd qui trabem habet in oculo suo, festucas in alienis oculis videre possit. Quartum, quòd habẽs in oculo suo trabem, festucam ex alieno oculo velit eijcere.

¶ Redeo ad primum, quòd trabs sit supra hominis humerum, frequẽs est: at impossibile videri potest quòd trabs in oculo sit. Num oculus locus trabis esse potest: num oculus tam exiguus: trabis,

Marc. 2.

1. Petri. 4.

Genes. 27. & 1. Regu.

Exod. 2. Numer. 25.

Psal. 17.

Psal. 108.

Isaic. 1.

Sapient. 5.

Prover. 1.

Palati...

Ioan. 20.

2. Cori. 8.

Math. 25.

Roma. 12.

1. Regu. 22.

Marci. 7.